



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Sacramentis. In qua Tractatibus decem de Sacramentis in genere, tum
speciatim, videlicet de Baptismo, Confirmatione, Eucharistia spectata ut
Sacramento, & ut sacrificio: de Pœnitentia, de Suffragiis, Indulgentiis, &
Iubilo, de Bulla Cruciat, de Extrema-unctione, & demum de Ordinis
Sacramento ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Tractatus XXVI. Et Disputatio vnica, De Sacramento Extremæ-unctionis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76649](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76649)

TRACTATUS XXVI.

E T

DISPUTATIO VNICA,
DE SACRAMENTO
EXTREMÆ-VNCTIONIS.

A PRIME huius Sacramenti explicatio, Pœnitentiæ Sacramenti, & Indulgentiarum explicationi annectitur: quia Pœnitentiæ ad delenda peccata: extrema-Vnctio ad reliquias quæ ex ipsis remanere solent, instituta est. Ideoque Concilium Tridentinum *Sess. 14. cap. 1.* hoc Sacramentum appellauit, *Pœnitentiæ consummatiuum*: quia consummat, & perficit Pœnitentiã, delens peccatorum reliquias; & Christianæ vitæ, quæ perpetua Pœnitentiã esse decet, finem imponit.

PUNCTVM I.

De nomine, institutione, & natura extremæ-Vnctionis.

1. Nomen, & institutio extremæ-Vnctionis.
2. Quid Hæretici obiciant.
3. Soluuntur Hæreticorum obiectiones.
4. Non fuit hoc Sacramentum institutum, cum Christus Apostolos misit ad prædicationem, sanandisque infirmos: sed ibi tantum fuit adumbratum.
5. Quo tempore fuerit institutum.
6. Conuenientia institutionis.

EXTREMÆ-Vnctio appellatur: quia omnium vnctionum, & Sacramentorum, quæ fidelibus conferuntur, extrema est: & quia in extremo vite constitutis conferitur. Est vnum ex præceptis noui Testamenti Sacramentis à Christo Seruatore nostro institutum, vbi definit aduersus Hæreticos Concil. Florentinum in decreto vnionis, & Trident. *sess. 7. can. 1. & sess. 14. can. 1.* ex illo Iacobi Apostoli *c. 5.* vbi inquit Apostolus: *Infirmatur quis in vobis inducat Presbyteros Ecclesie, & orent super eum ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum. Dominus, & si in peccatis est, dimittentur ei.* Quibus verbis, vt notauit Conc. Trident. *d. sess. 14. c. 1.* quidquid ad Sacramentum requiritur, expressum est. Sacramentum enim est signum practicum gratiæ sanctificantis. At ibi exprimitur signum exterius, scilicet, vnctio, & oratio Presbyteri, tanquam signum gratiæ sanctificantis: quippe vtentibus ea ceremonia promittit Iacobus peccatorum remissionem: ergo. Cum autem sua propria autoritate eam remissionem promittere non posset, quia nemini à Christo gratiæ auctori data est potestas annectendi signis externis gratiam, peccatorumque remissionem: effectus tanè hoc Sacramentum à Christo esse institutum. Et præterea, quia Apostolus præcepit fideles vngi in nomine Domini, id est, vnctione à Domino Iesu instituta, argum. Actorum *10. & 19.* vbi referuntur fideles baptizari in nomine Iesu, id est, Baptismo à Domino Iesu instituto: & ita ex communi Ecclesiæ traditione, cuius nullum extat initium, tradidit Innocent. I. *epist. ad Decentiam Eugubinum Episcop. cap. 8.* eiusque verba referuntur, & approbantur in Conc. Vvormaciensi, sub Adriano II. & Ludouico Imperatore II. *can. 72.* & in Concil. Cabilonensi sub Carolo Magno *can. 48.* & in Aquisgranensis sub Gregorio IV. & Ludouico Pio Imperatore *can. 3. & Moguntino sub Leone Papa IV. c. 26.* & ab Innocent. III. in *c. vnico, de sacra Vnctione.* Idem testatur August. *serm. 215. de tempor. circa med. & author. lib. 2. de visitat. infirm. c. 4. & lib. de rectitudine catholice conuersar. qui Augustino tribuitur Chrylost. lib. 3. de Sacerdotio. c. 6. Petri Damiani. serm. 1. in dedicat. Eccles. Beda & Theophylact. in cap. 6. Marci, & alij passim. Ex quibus con-*

stat, insolentissima insanã esse, vt dixit August. *epist. 118.* hanc veritatem in dubium vocare.

2. Sed quia Hæretici quælibet firma euertere moluntur, & lucidissimam quanque veritatem tenebris sui erroris offuscate procurant, hoc clarissimum Iacobi testimonium vsu, & praxi totius Ecclesiæ, & Patrum consensu firmatum reiciunt primò: quia non est Scripturæ sacre, Secundo, quia soli orationi concedit Iacobus peccatorum remissionem, non vnctioni: neque hanc remissionem concedit ex opere operato: sed per modum imperatoris, & non semper, & infallibiliter: sed aliquando, quando in peccatis infirmus exiterit: inquit enim Iacobus: *Et si in peccatis sit, remittentur ei.* supponens, nullam conferri gratiam, nullaque remitti peccata, si infirmus illis grauius non sit. Tertio, quia ad remittenda peccata est Pœnitentiæ Sacramentum institutum. Non igitur aliud expediebat institui, aliàs Pœnitentiæ Sacramentum necessarium non esset. Quarto, vnctio signata à Iacobo eiusdem est rationis cum ea, qua Apostoli vsi sunt Marci *cap. 6.* qua non ad remittenda peccata, sed ad concedendam miraculosam corporibus sanitatem assuuebatur, cuius effectus cum iam cessauerit, & hæc sacra Vnctio cessare debet.

3. Sed hæc friuola sunt, & inania. Primò, satisfaciunt optimè Bellarmin. *lib. 1. de hoc Sacramento, c. 3.* & Greg. de Valen. *disp. 1. q. 1. pun. 7.* alique plures, qui in Epistolam Iacobi commentaria ediderunt, probantque, eam Epistolam catholicam esse, & vt talem ab ecclesia receptam. Ad secundum nego, soli orationi concessum alleuiare infirmum, & peccata remittere: sed vnctioni sub ea oratione facta idem tribuendum: specialiter autem orationis sit mentio: quia est forma huius Sacramenti, & principalior causa prædicti effectus. Effectum autem remittendi peccata admittimus non esse huius Sacramenti primum, & per se; sed per accidens, quando alia via obtineri non potest. Effectus autem primarius, vt ex Trident. *sess. 14. cap. 2.* constat, & infra dicemus, est gratia habitualis quatenus secum trahit gratias præuenientes, & excitantes, quibus infirmus diuinæ misericordię fiduciam concipit, & morbi incommoda, ac labores patienter sustinet, & tentationibus Dæmonis fortiter resistit: & ex his tertium fundamentum solutum est. Ad quartum nego, eandem esse vnctionem, cuius Iacobus fecit mentionem, ac fuit illa, qua Apostoli vsi fuerunt Marci *cap. 6.* & Matth. *c. 10.* Etenim illa vnctio, qua Apostoli misit à Christo ad prædicandum Euangelium vsi fuerunt, non fuit ritus permanens, neque ad sanandas animas instituta: sed assumpta illo tempore ad miraculosas corporum curationes. Item, nõ fuit collata à Sacerdotibus: quia apostolico tempore sacerdotio non erant insigniti, neque fidei libus: sed potius infidelibus applicata, quæ in hac vnctione ab Iacobo promulgata aliter procedunt. Non enim hæc vnctio instituta est, vt remedium certum, & infallibile ad curandas infirmitates corporis: quia neque id erat expediens, neque vt via illius moreretur: sed potius est instituta ad animarum medelam, vt ex ipsa forma, sub qua ministratur colligi potest: ad sanandas verò infirmitates corporis instituta est, non absolute; sed, si id expedire

dire vsum fuerit. Deinde ministratur à Sacerdotibus, vt manifestè probant illa verba: *Inducatur Presbiteros*; ac tandem non infidelibus, sed fidelibus confertur, vt indicauit Iacobus, cum dixit: *Infirmatur quis in vobis*. id est, inter vos, qui fideles estis.

4. Hinc constat, hoc Sacramentum non esse institutum eo tempore, quo Christus Apostolos misit in praedicationem Euangelij: & virtutem curandi infirmos per vñtionem concessit: quod satis Trident. significauit dicens, ibi fuisse infirmorum. Cum ergo non dixerit, institutum, manifestè conuincitur, ibi institutum non esse: sed solum adumbratum in quadam similitudine, & figura, vt bene docent Valen. *tom. 4. disp. 8. q. 1. part. 1. vers. Marci. Suar. disp. 19. sect. 1. n. 4.* Coninch. *disp. 19. dub. 1. à n. 3.* Laym. *l. 5. sum. tract. 8. c. 1. sub. n. 1.* Bonac. *disp. 7. de Sacram. Vñtionis. q. vnica puncto 1. propost. 3. Sayto lib. 2. de Sacramentis cap. 2. q. 3. n. 5.*

5. Sed, quo tempore hoc sacramentum fuerit institutum à Christo Domino, incertum est. Verius existimo cum Suar. *disp. 19. sect. 1. circa finem. n. 5.* Laym. *dicto lib. 5. sum. tract. 8. c. 1. nu. 2.* Christum instituisse post suam resurrectionem, eo tempore, quo sacramentum Pœnitentiæ perfectè instituit Ioan. 20. Etenim hoc extremæ Vñtionis Sacramentum consummariū est Pœnitentiæ, vt inquit Concilium: expediebat ergo Pœnitentiæ institutionem non precedere, sed potius subsequi.

6. Conuenientiam huius institutionis satis expressit Concilium in *promissio dicta sess. 14.* dicens, elementissimum Remediorum nostrum quouis tempore ferus suis. voluisset de salutaribus remedijs esse prospectum ideòque pro totius vitæ cursu omnia Sacramenta: pro fine vitæ hoc sacramentum, tanquam firmissimum quoddam præfidium, præparauit, quomuniti in spem diuinæ misericordiæ erigantur, & tela nequissimi hostis actius tunc pugnantis euertant.

PUNCTVM II.

Quæ sit materia remota huius Sacramenti.

1. Oleum oliuarum est materia remota.
2. Debet esse ab Episcopo benedictum.
3. Aliqui censent, sufficere à simplici Sacerdote benedictum esse: sed verius est, requiri esse benedictum ab Episcopo.
4. Benedictio præscripta ab Ecclesia non est de necessitate Sacramenti, sed præcepti.
5. Sacro Chrismate hoc Sacramentum confici posse, aliqui existimant. Verius est oppositum.
6. Inde non inferitur, oleum balsamo mixtum non posse esse huius Sacramenti materiam.
7. Satis probabile est, olim oleum balsamo mixtum fuisse.
8. Probabilius est nunquam habuisse mixtionem.
9. Satis est oppositis rationibus.
10. Quæ sit ratio, ob quam oleum confirmandorum, & baptizandorum sit mixtum balsamo: scus infirmorum.
11. Duo certa inferuntur ex supradicta doctrina.
12. Qualiter peccet vngens infirmum oleo non eo anno, sed præterito, benedictio.

Materia remota huius Sacramenti est oleum oliuarum quia solum ipsum dicitur simpliciter oleum, reliqua improprie dicuntur, ac proinde à materia huius Sacramenti exclusâ sunt. Aptissime Christus Dominus hanc assumpsit materiam, ad significandos huius Sacramenti effectus. Cum enim hoc sacramentum spem diuinæ misericordiæ excitet, & infirmum subleuet, & roboret, tum ad patienter sustinendam infirmitatem, tum ad sperandas nequissimi indigias, & aliquando corporis sanitatem, concedat aptissime hæc omnia oleo oliuarum significantur, quod infirmum consolidat, sanitatem restituit, & diuinam misericordiam promittit, iuxta illud Genes. 8. *Venit ad eum portans ramum oliuæ folijs viuentibus.* Ex alia parte est materia, quæ vbiq; præ manibus habetur, quod expediebat Sacramento fidelibus necessario.

2. Insuper debet esse oleum ab Episcopo benedictum. Nam; licet Iacobus *dicto c. 5.* huius benedictionis mentionem non fecerit, ex communi Ecclesiæ traditione à Concilio Florent. in decreto Eugenij, de litteris vniouis, & à Trident. *sess. 14. cap. 1.* declarata, & approbata, necessarij requiruntur, vii comprobatur D. Th. *4. disp. 22. q. 1. art. 2. q. 2.* Bonauent. *art. 1. q. 2.* Paludan. *q. 1. art. 2. Valen. disp. 8. q. 1. part. 2. in princ. Suar. disp. 40. sect. 1. n. 3.* Egid. de Coninch. *disp. 19. dub. 1. concl. 2.* Bonac. *de Sacram. extremæ Vñtionis. disp. 7. q. vnica. part. 2. n. 3.* Laym. *l. 5. sum. tract. 8. c. 2. nu. 2.* & alij. Vnde audiendus non est Victoria in *sum. de Sacram. q. 217.* cui sub dubio fauet Caiet. *3. p. q. 72. art. 3.* afferens solum ex præcepto benedictionem requiri, non ex Sacramenti necessitate. Ratio conclusio, sola est voluntas Christi sic Sacramentum instituentis. Congruentia ea est: quia deiebat, materiam permanentem, quæ ad effectus supernaturales eleuanda erat, prius à profano, & communi vñ fecerit, nisi forte

ipsamet eleuatione secernatur, sicuti in Eucharistia contingit.

3. Notanter dixi, *benedictum ab Episcopo.* Nam, esto, graues Doctores, Caiet. 2. 2. q. 72. art. 3. Victor. *de extrema Vñt. n. 216.* Henr. *l. 1. c. 8. n. 2.* Zembran. *de extrema Vñt. cap. 5. n. 3.* non improbabiler censent, ex commissione Pontificis oleum à simplici Sacerdote benedictum sufficere. At verius, & securius est necessarij ab Episcopo esse benedictum: quia Florent. & Trid. Concilia æque dicunt, materiam huius Sacramenti esse oleum, ac esse ab Episcopo benedictum. At ex commissione Pontificis oleum mutari non potest: ergo neque mutari potest episcopalis benedictio, sicuti, alijs relatis, tradunt Barbof. *alleg. 30. n. 6. & allegat. 31. n. 14.* Valen. *disp. 8. q. 1. p. 2. in princ.* Suar. *disp. 40. sect. 1. n. 8.* Coninch. *disp. 19. dub. 2. concl. 2.* Bellarmin. *de extrema Vñt. c. 7.* Laym. *l. 4. sum. tract. 8. c. 2. n. 1.* Bonac. *disp. 7. q. vnica. n. 2.* Illud verò est omnino certum, seclusa Pontificis commissione, oleum à simplici Sacerdote benedictum, materiam insufficientem esse, vt bene notauit Coninch. *d. disp. 19. dub. 2. n. 6.*

4. Præscripta ab Ecclesia benedictio, qua oleum infirmorum consecratur, non est de necessitate Sacramenti, sed præcepti: quia Concilia solum expresse benedictionem episcopalem, vt necessariam: modum autem benedicens Ecclesiæ determinationi reliquerunt. Quocirca, si Episcopus oleum alia distincta benedictione consecraret, quàm ab Ecclesia præscripta, posset (esto illicitè) ex illo extremæ Vñtionis Sacramentum confici, sicuti optimè notauit Suarez *disputat. 40. sect. 1. numer. 1.* Bonac. *disputat. 7. quest. vnica. punct. 2. numer. 4.*

5. Hinc inferet fortè aliquis, sacri Chrismatis vñtionem confici posse hoc Sacramentum: quia verè est oleum ab Episcopo benedictum, tametsi diuersa benedictione: & quàmvis balsamo mixtum sit, balsami mixtura inestimabilis est quantitate, quæ oleo impedire non potest esse materiam. Atque ita colligitur ex Suar. *disp. 40. sect. 1. à n. 10. usque in finem.* Henr. *lib. 3. c. 8. n. 2.* Sed admittenda non est illatio: nam esto, benedictio olei infirmorum non fuerit à Christo, quoad formam, specialiter præscripta; credendum est, quoad intentionem præscriptam esse. Benedictione enim deputatur materia ad Sacramenti vñtionem benedictione Chrismatis non deputatur Chrismata pro Sacramento Vñtionis, sed Sacramento Confirmationis: igitur censendum non est, ex illa benedictione esse oleum infirmorum benedictum. Atque ita sentire videntur Valent. *tom. 4. disp. 8. part. 2. ante medium,* Bellarminus *de extrema Vñtione. c. 7.* Bonac. *disp. 7. q. vnica. part. 2. num. 5.* Barbof. *de potest. Episcop. alleg. 31. n. 16.*

6. Sed hinc inferre non licet, oleum balsami mixturam habens non fore materiam: ex mixtione enim balsami, vel alterius liquoris, impediri oleum benedictum à materia non potest, si mixtio in leui sit quantitate, ita vt ab oleo longè superetur, & communi æstimatione, & vsu oleum esse censetur, sicuti in pane, vino, & aqua aliisque Sacramentorum materijs cernere licet. Ita Henr. *l. 3. c. 8. n. 2.* Nauarr. *c. 2. n. 13.* Bonac. *disp. 7. q. vnica. part. 2. n. 7.*

7. Quinimò satis probabile est, olim oleum ex balsamo mixtum ad vñtionem infirmorum deseruissè, æqueque pro Sacramento Confirmationis, & extremæ Vñtionis ab Ecclesia benedicti, vii comprobatur Suarez *d. disp. 40. sect. 1. circa finem.* Henr. *l. 3. cap. 8. numer. 2.* Primò, ex Innocen. I. *epist. ad Decentium,* relato in Conc. Vormaciensi, *can. 72. & in decretis, 95. dist. can. Illud superfluum. ibi: Ceterum, si Episcopus, aut potest, aut digni dicit, aliquem à se visitandum, & benedicere, & tangere Chrismate, sine cunctatione potest, cuius est ipsum Chrisma consistere.* Et quod loquatur de proprio Chrismate, indicat verbum, *consistere*, quod non solum benedictionem simplicem significat, sed mixtionem. Secundò, ex Concilio Aquigranensi, *can. 8.* iuncta epistola Fabiani II. vbi cauetur, Chrismata singulis annis conficiendum esse ab Episcopo feria 5. & per omnes ciuitates, seu dioceses distribuendum, in quo saluatio infirmorum creditur; Tertio, ex Cypriano *epistol. 70.* Dionys. *c. 3. de eccl. Hierach.* appellantis Chrismata oleum sanctificatum, eòque baptizatos vngi, neque vllam distinctionem statuentibus inter oleum simplex, & ex balsamo confectum, quin potius semper ex balsamo confectum esse satis indicauit Gregorius I. *lib. 3. indicatio. ne 22. epist. 9. ad Ianuarium,* afferens eodem Chrismate vngi baptizatos à Presbytero in pectore, & postmodum ab Episcopo in fronte.

8. Tameris hoc satis probabile sit, credo probabilius cum Soto in 4. *distinct. 23. quest. 1. art. 3. ad 1.* Valent. *disputat. 8. quest. 1. p. 2. ante medium,* Zambrano *de extrema Vñtione. cap. 5. dub. 4.* quos refert, & sequitur Layman *lib. 5. sum. tract. 8. cap. 2. numer. 3.* oleum infirmorum semper fuisse simplex, & distinctum à Chrismate Sacramento Confirmationis destinato. Colligitur ex cap. vn. *de sacra Vñtione,* & cap. 1. *de custodia Eucharistia,* & ex diuerso modo loquendi Conciliorum Florentini, & Tridentini: nam pro Sacramento Confirmationis oleum mixtum balsamo expositulantur pro Sacramento Vñtionis oleum tantum. Signum ergo est, nunquam vtrique Sacramento idem

oleum deseruisse. Præterea, vt constat ex Durando in *Rationali diuinorum Officiorum, lib. 6. cap. 74.* Ecclesia ab antiquo tempore solita est oleum sub triplici diuersitate consecrare. Primum, & præcipuum est oleum oliuarum mixtum balsamo, quòdque appellatur Chrysmum, quo baptizati vnguntur in vertice, confirmandi in fronte, Episcopus, dum consecratur, in capite, & in manibus: ac denique quo Ecclesia, altaria, calix, patena; & fons baptismalis consecratur. Secundum est oleum catechumenorum, quo baptizandi vnguntur inter scapulas, & in pedore, vt indique muniti sint aduersus Diaboli insidias: eòque vnguntur Ecclesia, & altare ante chrisimationem, Reges & Principes, iuxta textum in cap. 1. §. *Vnde de sacra Vnctione.* Tertium est oleum infirmorum, nullo alio liquore mixtum, quod solum pro Sacramento Vnctionis ministrando deseruit. De hoc triplici oleo meminit Concilium Meldense, pro vt refert Buchard. *lib. 4. c. 75. & Inq. 1. p. c. 269.*

9. Neque rationes in contrarium vrgent. Ad primam ex Innocentio respondeo cum Glossa in dicto ca. *Illud superfluum* nomine Chrysmatis quodlibet oleum designari, vt manifestè colligitur ex dicto cap. 1. de custodia *Eucharistie*: & ex Rituali Romano. Neque ex verbo, *consecratum*, colligi contrarium potest: solum enim denotat, perfectum esse: quia est consecratione præparatum. Secunda probat, oleum infirmorum etiam esse singulis annis consecrandum, & per omnes ciuitates, siue dioceses distribuendum, pro vt semper est Ecclesie consuetudo. Ad tertiam rationem propositam nego, nullam agnouisse illos Patres distinctionem inter oleum infirmorum, & baptizatorum, tametsi inter oleum, quo vnguntur baptizati, & confirmandi nullam agnouerit Gregor.

10. Quòd si inquiras, quare oleum baptizatorum, & confirmatorum mixtum est balsamo, non verò oleum infirmorum? Responderè oportet Alfidorensis *lib. 4. summa, tractatu 7.* & ex illo Suar. *disp. 40. sect. 1. circa finem, Laym. lib. 5. summa, tractatu 8. cap. 2. nu. 2.* Vt ex odore balsami admoncantur baptizatus, & confirmatus de obligatione, quam habent, relictis operibus, & exemplis bonum de se odorem præbere: at, quia mox morituri sola pace, & tranquillitate conscientie, & Spiritus Sancti gratia indigent, idè eorum oleum nullam balsami mixtionem habet.

11. Ex his sic deductis duo certa inferre potes. Primum, nullo modo licitum esse, deficiente oleo infirmorum, oleo catechumenorum, vel confirmatorum vti: tum, quia est aduersus Ecclesie consuetudinem: tum, quia est satis probabile, ex eis non posse sacramentum Vnctionis perfici, vt pote quæ in ordine ad hoc sacramentum consecrata non sunt. Atque ita tradit Layman. *li. 5. sum. tract. 8. cap. 2. n. 3.* Secundum est, si per errorem Chrysmate infirmum vnxeris, te posse dissimulare: tum, quia est satis probabile, infirmos eo antiquitus vngi, verumque sacramentum confici: tum, quia hoc sacramentum non est præcisè necessitatis: tum, quia rarò scandalum vitari potest. Verùm, si hæc ratio scandali cesset, vt facillè monendo circumstantes de errore commisso fieri potest; verius est, te obliuiscere esse sacramentum Vnctionis repetere, adhibito oleo simplici, ab Ecclesia designato: quia probabilius est.

12. Superest dicendum, an pecces, si vngas infirmum oleo benedicto non eo anno præterito, sed præterito: Et quidem, si vrgat necessitas, neque ad manum habeas oleum benedictum eo anno, omnes conueniunt, tibi licitum esse oleo antiquo vti: at extra necessitatem communior sententia docet, te peccatum committere. Quia singulis annis ex consuetudine Ecclesie, & præscripto Clement. VIII. chrysmum, oleumque infirmorum, & catechumenorum consecratur, & per singulas Ecclesias distribuitur, iuxta textum in cap. *Litteris de consecrat. dist. 3. vt, veteri combusto, vti nouo possis.* Atque ita docent Bonac. *disp. 7. quest. vnic. part. 2. num. 6.* Poileu. *de officio Curati, cap. 9. n. 2.* Zambrana de *extrema Vnctione, cap. 5. dub. 4. num. 5.* Non tamen explicat ii Doctores, an hoc peccatum mortale sit. Et quidem cum materia grauis sit, si præceptum adfit, culpam grauem constituere debet. Ex quo inferitur, debere Parochum, cum primum commodè possit, oleum eo anno benedictum ad se deferre, ne ob necessitatem cogatur antiquo vti. Cæterum Henriq. *lib. 3. cap. 8. n. 2.* & Emmanuel Sà *Extrema Vnctio num. 6.* censent adhiberi posse oleum non eodem anno benedictum, deficiente benedicto eiusdem anni: quia præceptum solum est de chrysmate comburendo, cap. *Si quis de alio. de consecrat. dist. 4.* non de oleo catechumenorum, vel infirmorum.

PUNCTVM III.

Quæ sit proxima huius Sacramenti materia.

1. Materia proxima est vnctio.
2. Sub forma Crucis debet fieri, sed non ex necessitate.
3. Quibus in parvibus faciendâ sit vnctio.
4. An sit de necessitate Sacramenti vnctio quinque sensuum.

5. Quo possit casu hoc sacramentum ministrari sub vnus sensu vnctione, ex prædicta sententia.
6. Omnes vnctiones quinque sensuum sunt de necessitate huius Sacramenti, iuxta communem, verâque sententiam.
7. Nunquam est ministrandum hoc sacramentum sub vnus sensus vnctione.
8. Satisfit oppositis rationibus.
9. Non est opus ad essentiam sacramenti, vtrunque oculum, vel aurem vngi.
10. Infirmus manibus, vel oculis carens, vngendus est in parte proxima.
11. Ordo in his vnctionibus ab Ecclesia præscriptus, non est de essentia huius Sacramenti.

1. **C**um hoc sacramentum non in aliqua re permanenti, sed in vsu illius consistat, sicuti Baptismus, Confirmatio, aliâque sacramenta, præter Eucharistiam, efficiunt sanè, materiam proximam huius sacramenti vnctionem esse: quod satis indicauit Iacob. 5. dicens: *Vngentes eum oleo sancto*, & Tridentinum *sess. 14. cap. 1.* subdens causam, quare oleum sit materia huius sacramenti: quia, videlicet, vnctio aptissimè Spiritus Sancti gratiam, qua inuisibiliter anima inungitur, representat. Si igitur per vnctionem olei, gratia Spiritus Sancti representatur, vt in signo pratico, vnctio materia est proxima huius Sacramenti & oleum remota.

2. Hæc vnctio sub forma Crucis debet fieri: quia omnia sacramenta sub hac forma peraguntur, vt tradidit August. *tract. 118. in Ioann.* & colligitur ex cap. *Nunquid de consecrat. distinct. 5. & ibi Glossa verbo. Nisi Cruce.* Sed non ex necessitate sacramenti, cum neque ex Scriptura, neque ex Concilio, neque ex traditione ea necessitas colligatur. Nam Iacobus solum dixit: *Vngentes eum oleo.* Concilium item Florentin. & Tridentin. accuratè materias, & formas sacramentorum exprimentia, Crucis formationem in hoc Sacramento non expulerunt, sicuti in Sacramento Confirmationis factum est: Et merito: quia ibi armatur miles signo Crucis ad eam consistendam, & defendendam. Quinimò existimo, seculo contempturno esse grauem culpam, illius Crucis omissionem: quia vngere sub forma Crucis, est, piissimum sit, & consuetudine Ecclesie firmatum, non videtur grauis materia, neque sub graui obligatione receptum, vt dixit Suar. *disp. 40. sect. 2. n. 3.* Filiuc. *tract. 3. cap. 4. quest. 3. n. 75.* Zambran. de *extrema Vnctione. c. 5. n. 12.* Coninch. *disp. 19. dub. 2. in fine.* Laym. *lib. 5. sum. tract. 8. c. 3. in fine.* Bonac. *disp. 7. quest. vnic. part. 2. in fine.* Quinimò, si periculum mortis instet, & commodiùs abique Crucis formatione peragi sacramentum possit, nullum erit peccatum, Crucis formationem omittere, vt testantur Suarez, Coninch, Layman, *loc. allegat.*

3. Porro fieri debet hæc vnctio ex Florent. Concilio in septem corporis partibus, videlicet, in oculis, in auribus, & naris, in ore, in manibus, in pedibus, & renibus. Non tamen in his omnibus ex necessitate Sacramenti, imò, neque vniuersalis præcepti: nam vnctio in renibus ferè vbique omititur, & ita expedit maximè in feminis ob honestatem, & decentiam, sicuti monet Tolet. *lib. 7. cap. 3. Valent. tom. 4. disp. 8. quest. 1. part. 2.* Suarez *disp. 40. sect. 2. n. 6.* Zambran. *c. 5. princ. num. 4.* Bellarm. *lib. de extrema Vnctione, cap. 10.* Emmanuel Sà *verbo. Extrema Vnctio num. 12.* Henriquez *lib. 3. cap. 12. num. 2.* Coninch. *disp. 19. dub. 3. num. 8.* Layman. *lib. 5. sum. tract. 8. cap. 3. num. 5.* Bonac. *disp. 7. quest. vnic. part. 5. num. 18.* Vnctio verò pedum non ita vniuersaliter omititur, idè quæ in ea adhibenda, vel omitrenda, seruanda est cuiusque Ecclesie consuetudo, vt docuerunt Suarez, Sà, Coninch, Layman, Bonac. & alij *suprà.* Neque his obest Florentinum exprimens septem illas vnctiones, quia non exprimit illas vt necessarias; sed vt vtitas ab aliquibus Ecclesiis. Quocirca vnctiones tantum quinque sensuum sunt ab vniuersali Ecclesia præceptæ: & merito, quia organum, receptaculumque peccati necessariò est aliquis sensus: nihil enim ad intellectum, & voluntatem deuenire potest, nisi priùs fuerit in sensu. Ergo adhibito sensibus remedio omnia curata censentur.

4. An autem sint de necessitate Sacramenti, difficultate non caret. Nam aliqui, quos tacito nomine refert Suarez *disp. 40. sect. 2. num. 8.* Bellarminus de *Extrema Vnctione, cap. 10.* existimant, nullius determinati sensus vnctionem esse necessariam; sed sufficere, si in qualibet parte corporis vnctio fiat: quia ex Iacobi loco, & ex Tridentino non colligitur, aliquem determinatum sensum vngi debere, sed solum hominem vngendum esse. Florentin. verò etiam expresserit vnctionem quinque sensuum, non videtur, tanquam necessarium necessitate Sacramenti, expressisse, cum etiam vnctionem pedum, & renū expresserit, quæ necessaria non est. Alij verò, est, admittant vnctionem alicuius sensus necessariam esse, quippe fieri non potest vnctio, quin in aliquo sensu saltem tactus fiat: at omnium sensuum affirmant necessariam non esse, sed, posita vniuersali vnctione, Sacramentum, saltem parzialmente, essentialiter perfici.

& ad eius perfectionem, & integratam reliquis subiectis pertinere, sicuti in Sacramento Ordinis, & Eucharistia cernere licet, in quorum qualibet parte essentia Sacramenti sita est, atque ad vnam completam, & perfectam significationem omnes partes Eucharistia, & Ordines assumpti referuntur, non plura, sed vnum Sacramentum perfectum complet. Sic indicatur Scotus in 4. distict. 23. quast. vnic. ad 2. Adrian. in materia de confess. quast. 4. §. Sed dubium. Ioannes Medin. Cod. de confess. quast. 11. §. Secundo, idem. Fauet D. Thomas in supplement. quast. 29. art. 2. quatenus cum vnitatem Eucharistia hoc Sacramentum comparat. Expressè eam firmarunt Doctores Louanienles, cum suo Archiepiscopo, teste Suarez disp. 41. sect. 3. in fine. Chapeauilla cap. 5. quast. 30. Egidius de Coninch. disp. 19. dub. 3. Et probabilem reputat Suarez, Layman. Coninch. locis referendis, & verè probabilis est. Ratio ad priori ex institutione Christi delumenda est: Christum autem sic Sacramentum extreme Vnctionis instituisse, vt cuilibet vnctioni suus effectus gratia correspondeat. Vnde colligere possumus, quia si apertus hominibus animam agentibus esset prouisum, cum aliqui ante finitam vltimam vnctionem soleant deeedere. Præterquam quod qualibet vnctio sub sua forma diuersimodè est signum sensibile gratia sanctificantis; & cum sit signum præficum, operari debet effectum in eo instanti, ac perficere: cui operatio non obest, quòd sub forma deprecatoria vnctio peragatur. Nam, esto, ad veritatem orationis deprecaturæ satis fit, quòd illius effectus suo tempore concedatur: at ad veritatem orationis deprecaturæ practicæ necessarium expositulatur, quòd eo tempore, quo perficitur, effectum habeat, aliàs afferere possimus, finitis omnibus vnctionibus effectum gratia differri posse. Adde, si finita vnus sensus vnctione, Sacerdos redderet impotens reliquas perficiendi, ab alio ministro abque repetitione peragendæ essent. Ergo signum est, quamlibet vnctionem sub sua forma partialia Sacramentum constituit, & omnes vnctiones integram, & perfectam, vt pote quæ reddat homini integram sanitatem. Neque obest, quòd vnum peccatum mortale non possit remitti sine alio: quia hoc Sacramentum non est per se ad remittenda peccata institutum; sed ad concedendam Spiritus Sancti gratiam auxiliari præuenientia scem trahentem, quibus roboratur infirmus aduersus Diaboli insidias. Neque item obest, quòd per quamlibet vnctionem expositulatur specialium peccatorum remissio: quia non petitur horum remissio cum aliorum exclusione, si forte ad hoc quominòd tacite omnium remissio expositulatur, cum expositulatur gratia, quæ omnibus peccatis repugnat.

Ex hac sententia manifestè inferitur, sic Sacramentum extreme Vnctionis integrè ministrari non potest; bene tamen quoad partem, vel quia infirmus creditur ante finitas vnctiones decessurus, vel quia plures eodem periculo laborant, quibus Sacramento vnctionis integrè ministratio lubenit non potest; posse Sacerdotem, saltem conditione mente retenta, sub vna vnctione Sacramentum ministrare, eo modo, quo in manuali Mechliniensis à Doctoribus Louanienlibus approbaturatum est, scilicet, vngendo organum sensus magis obuium, dicendo: *Per istam sanctam vnctionem, quæ piissimam suam misericordiam indulget tibi Dominus, quidquid deliquisti per visum, auditum, odoratum, gustum, tactum, & gressum.* Cæterum communis sententia, & omnino tenenda docet, omnes vnctiones quinque sensuum ita esse de necessitate Sacramenti, vt nulla illarum per se sumpta verum Sacramentum, etiam partialia, sicuti contingit in Eucharistia, & Ordine, constituat. Sic Scotus in 4. distict. 13. quast. 1. art. 3. conelus. 2. Henriquez lib. 5. cap. 8. num. 2. Suarez disput. 40. sect. 2. num. 8. & disputat. 41. sect. 2. n. 13. Cardinalis Bellarminus lib. de extrema Vnctione, cap. 10. Valentia tom. 4. disput. 8. quastion. 2. part. 2. Egidius de Coninch. disputat. 19. dub. 3. num. 2. Layman. lib. 5. summa tractatu 8. e. 3. num. 2. Bonacin à disp. 7. quastione vnic. part. 5. num. 16. & alij apud ipsos. Fundamentum est. In illis, quæ pendent, non tam ex ratione, quam ex institutione, consensus Ecclesie, & Doctorum maximè habendus est. At ferè omnes Doctores censent, approbante Ecclesie consuetudine quinque sensuum vnctiones esse de necessitate Sacramenti. Aliàs, quoties plures in extremo vitæ periculo adessent, nec posset omnibus integrè vnctio ministrari, vel quoties timeretur infirmus abque vnctione decessurus, vel Sacerdoti periculum contrarij permittere deberet vnica vnctio. At contrarium est vlti & praxi receptum. Ergo signum est, omnes vnctiones necessarias esse. Præterea est congrua ratio: nam cum Christus Dominus, cum in terris viveret, nemini dimidiatam sanitatē concessisset, sed potius integram, & præsumendum non est, Sacramentum instituisse, quòd hominem dimidiatè sanaret, præcipue cum satis intelligi non potest, in quo dimidiata lalus consistere possit: non enim in peccatorum mortalium remissione, quæ integrè per gratiam excluduntur; neque etiam in remissione venialium: nam, esto cum gratia compati possint; compati tamen non potest eorum dimidiata remissio, stante dispositione omnium remissionem exigente: neque denique in gratis præuenientibus, cum qualibet illarum hominè totum roborat in extrema lucta, & in ipem diuinæ misericordie erigat.

7. Hinc referendum est corollarium oppositum ei, quòd prior sententia intulit, sacramentum extreme Vnctionis nunquam esse incipiendum ministrari, si tunc tamen non possit omnes vnctiones perfici. Mouent tamen Coninch. Layman. Suarez. loc. all. gat. aliquando in casu valde vrgenti, scilicet, cum agrotus nullum aliud sacramentum recipere potest, & timetur decessurus, si omnes vnctiones integrè peragantur; posse sub vnus forma prolatione virtualiter omnes comprehendente quinque sensus in capite agroti iungi.

8. Rationes oppositæ sententiæ non vrgent. Nam esto, ob illam congruentiam, quæ in argumento refertur, salubrius esset, si per quamlibet vnctionem suus effectus gratia independenter ab alia vnctione corresponderet, ob congruentiam in probatione nostræ conclusionis adductas, noluit Christus Dominus id præstare. Ad secundum concedo, quamlibet vnctionem sub sua forma habere distinctam significationem physicam, sed non sacramentalem, eò quòd non perfectam, & integram hominis sanitatem significet, quòd ad essentiam huius sacramenti, vt probatum est, requiritur. Et ad primam impugnationem concedimus, necessarium esse, ad veritatem orationis deprecaturæ practicæ, vt finita eius perfecta significatione effectus rogatus concedatur; nego tamen, finita qualibet vnctione, sub sua forma eius perfectam significationem sacramentalem finiri, & compleri, quoque omnes vnctiones adhibeantur. Ad secundam concedo cum Emman. Sà verb. *Extrema Vnctio, numer. 10.* alium sacerdotem reliquis vnctiones perfecturum, sicuti in sacrificio Missæ contingit, quòd perficitur ab alio Sacerdote, nihil ex substantialibus legitime factis reperito. Ad tertium, esto, effectus proprius, & per se huius sacramenti non sit peccatorum remissio: quia tamen est gratia quæ omnia remittit, & ad omnes tentationes vincendas roborat, ea de causa per singulas vnctiones non conceduntur, quia repræsentatur sub forma significationem restrictam, & partialem habente, & à gratia habituali, auxiliisque præuenientibus non adæquate.

9. Illud verò reputo certum cum Henric lib. 3. cap. 12. n. 1. Emman. Sà verbo, *Extrema Vnctio, num. 12.* Suarez disp. 40. sect. 2. num. 5. Zambrian. de extrema Vnct. cap. 5. in princ. num. 9. Layman. lib. 5. tract. 8. cap. 2. num. 5. Bonac. disp. 7. quast. vnic. c. 5. in fine, necessarium non esse ad essentiam Sacramenti, vt tunc que oculum, vt ramque autem, vt ramque manum inungere: si quidem ex vnus vnctione optimè dicitur sensus vnctus; & quæ de causis tante grati necessitate; nullum esset peccatum sic vnctionem peragere, vt rectè notauit Suarez. *dicta sect. 2. n. 5.* Verùm, secluta ea necessitate, credo cum prædictis Doctoribus mortale committi ob Ecclesie consuetudinem; si in vtraque parte, vbi virtus potentie vrget, non fiat vnctio.

10. Sed, quid, si infirmus oculis, auribus, vel manibus careat. Vngendus est in parte propinquiori: quia moraliter reputatur vnctus ea in parte, in qua potentia viger. Neque obest, quòd nunquam peccat, neque peccare potuerit ex vi illius sensus, vt contingit cæco, vel surdo à natiuitate: quia id est per accidens: & esto peccare non possit quoad effectum; bene tamen quoad affectum. Neque hoc sacramentum expositulatur necessariò infirmum quolibet sensu peccasse, aut peccare potuisse, vt satis indicat forma, sub qua ministratur, quæ sensum conditionalem præstat. Idem enim est dicere: *Indulgeat tibi Deus, quidquid peccasti per visum.* ac dicere: *Indulgeat tibi Deus, si quid peccasti per visum.* Quare solum requiritur, quòd infirmus aliquo sensu peccare possit. Atque ita sustinent, aliis relatis, Layman. lib. 5. sum. tract. 8. cap. 2. in fine. Emmanuel. Sà *Extrema Vnctio, n. 13.* Suarez disput. 41. sect. 2. in fine, & disput. 42. sect. 3. numer. 5. Bonac. disput. 7. de Sacram. quast. vnic. part. 5. num. 16.

11. Denique ad sacramenti essentiam necessarium non est, ordinem in his vnctionibus ab Ecclesia præscriptum seruari, quia ex illius inuentione significatio perfecta, & integra non omittitur, vt inuentioni constare potest. At graue esset peccatum, vt pote contra Ecclesie consuetudinem, eum ordinem inuentione, vt ex communi docet Suarez disp. 40. sect. 2. in fine. Emmanuel. Sà n. 12. Bonac. aliis relatis disp. 7. de Sacram. quast. vnic. punct. 5. n. 20.

PUNCTUM IV.

Quæ sit legitima forma huius Sacramenti.

1. Sub forma deprecatoria hoc Sacramentum ministratur.
2. Congruentia huius institutionis.
3. Vngo te, vt Deus tibi remittat. esto aliqui teneant, non esse formam sufficientem, vtilius alij oppositum docent.
4. Quæ verba essentialia sint pro forma huius Sacramenti.
5. Inuocatio Trinitatis non est de essentia.

1. **C**onstat ex Florent. in decreto Eugenij, de litteris vnionis, & ex Trident. sess. 14. cap. 1. & ex perpetua Ecclie

hæ Romanæ traditione, formam, legitimam huius sacramenti esse: Per istam sanctam Vnctionem, & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus, quidquid deliquisti per visum, & sic in reliquis sensibus fit repetitio. Et licet D. Bonavent. in 4. distinct. 23. artic. 1. q. 4. Richard. ibi ad 2. Durand. quest. 3. art. 3. referant, D. Ambrosium in Ecclesia Mediolanensi hæc forma vltim fuisse: Vngō te oleo sanctificato in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti: ut more militis vncti preparatus ad certamen, æreus possis superare potestates, quam Paludan. quest. 1. art. 2. approbat. Et Palacios eadem distinct. 23. testatur, eadem formam contineri in libro Sacramentali Venetorum, approbato à Leone X. Attamen credendum est, illam formam, non vt substantialem Sacramenti, sed vt preparatoriam ad formam substantialem adhibitam esse, vt explicuit D. Thom. in 4. dist. 28. q. 1. art. 4. qq. 2. ad 3. & Durand. loc. alleg. & Val. disput. 8. punct. 2. post med. Suarez disput. 40. sect. 3. nu. 8. Contach. disput. 19. dub. 4. num. 14. Emmanuel Sà in edit. Roman. plures refert num. 13. Nam, cum forma deprecatia, & indicatua omnino distinctæ sint, distinctæque significationem habeat, nequeunt vni Sacramento accomodari. At ex vltu perpetuo Romanæ Ecclesiæ à Concilijs approbato, qui nullus error subesse potest, cap. Ad abolendam. de Hæretic. constar, formam huius Sacramenti deprecatiam esse. Ergo qualibet alia, que indicatuo modo profertur, insufficientis est. Ratio autem, quare hoc Sacramentum sub forma deprecatia ministratur, reliqua verò Sacramenta sub forma indicatua, præcipua est Christi voluntas quam ex verbis Iacob. c. 5. Orem super eum. Ecclesia collegit. Nam esto, verba, quibus Sacramentum Baptismi conficitur, Sacerdotis supplicationem appellauerit Augustinus lib. 6. de Baptismo contra Donatistas. c. 25. & verba, quibus absolutio in Sacramento Pœnitentiæ conceditur, appellauerit Leo I. episc. 91. ad Theodorum, Sacerdotis supplicationem: id tamen factum est; quia in fide promissionis Christi profertur; non, quia propria, & formales deprecationes sint. At, cum Iacobus expressam orationem ad huius Sacramenti essentiam postulerit, non de virtuali, & impropria deprecatione; sed potius de formali, & propria intelligendus est.

2. Congruentia autem huius institutionis multiplex à Doctoribus adducitur. Prima, quia reliqua Sacramenta semper aliquem effectum infallibilem habent, vel characteris, vel gratiæ sacramentalis: idèque meritò per verbum indicatuum efficaciam actualem aptius declarans ministrari debebant. At hoc Sacramentum sæpe ob indispositionem recipientis suo effectui primario, qui est gratia sanctificans, impeditur, sæpe etiam secundario, qui est corporis salus, quia non expedit. Et licet in Sacramento Pœnitentiæ hæc differentia non procedat, quia ob indispositionem recipientis sæpe illius effectus impeditur, maxime in sententia negante dari sacramentum informet, quia ministratur per modum iudicij: expedit sententiam absolutionis indicatuo modo profertur. Secunda, quia hoc Sacramentum conceditur homini viribus iam destituto, & pro se quasi impotenti satisfacere, idèque ad diuinam misericordiam confugienti, quam expedit omnino implorare. Tertia, quia est Pœnitentiæ consummatorium, & perfectiuium: quod enim in Sacramento Pœnitentiæ, ob diminutam suscipiens dispositionem, remissum non est, id hoc Sacramento à diuina misericordia remitti postulatur, sicuti profertur S. Thom. in supplement. quest. 29. art. 8. & dist. 28. quest. 1. art. 4. qq. 2. Bonavent. dist. 23. art. 1. quest. 4. ad finem Henrici. ca. 8. Suarez dist. 40. sect. 3. n. 10. Layman lib. 5. sum. tract. 8. c. 3. in princ. Bonavent. dist. 7. de extrema-Vnct. q. vnica. part. 3. n. 3. Bellarmin. c. 7. vers. Tertio nota & alij.

3. An verò illa forma: Vngō te, vt Deus tibi remittat, quidquid deliquisti per visum, sufficiat? Negat Bonac. dist. 3. n. 4. quia verus Deum vnctioni deprecatio non adiungitur: sed rectius Suar. dist. 40. sect. 3. n. 10. Laym. lib. 5. tract. 8. cap. 3. circa finem, quia in actu exercitio videtur facta vnctio ad impetrandam peccatorum remissionem. Illud certum, esse grauissimum peccatum ea vltim, tum ob dubium de valore sacramenti, tum ob omissum ritum ab Ecclesia Romana præscriptum.

4. Sed, quæ verba ex supradicta forma essentialia sint, petendum est ex his, quæ diximus tractat. 18. de Sacram. in genere. Et in primis quoad præceptum, & obligationem, necessarium, vt iacent in Rituali, exprimentia sunt. Nemini enim licitum est, ordinem ministrandi Sacramenta sua propria auctoritate inuertere. Quoad essentiam verò ea verba, sine quibus vnctio, & peccatorum remissio deprecatie significari non potest, essentialia reputari debent. Vnde, si omittes, dicere, Per hanc sanctam Vnctionem; esto vnctus, sacramentum non conficeres. Secus, si solum illud verbum sanctam, relinqueres. Itè si imperatuo modo peccatorum remissionem promitteres, dicens per hanc sanctam Vnctionem remittatur tibi, quidquid peccasti per visum, quia huic formæ oratio, & deprecatio propria essentialis est. Omissionem autem illorum verborum, per piissimam misericordiam tuam, incertum est essentialem esse. Alij affirmant, alij verus negant. Suar. disput. 40. sect. 3. n. 13. Coninch. dist. 19. dub. 3. n. 15. Bonac. dist. 7. de Sacram. quest. vnica. part. 3. circa finem. Propterea, quod in verbo, Indulgeat, satis

videntur contineri, cum non alia via, quam ex piissima sua misericordia remittere possit Deus nostra peccata. Secus est de verbis subsequentibus, quæ reputo essentialia: necessarij enim remissio peccatorum deprecatuo modo in hac forma exprimentia est: quia, cum hoc sacramentum institutum fuerit, vt illo Deus per Indulgentiam concedat quidquid in iudicio pœnitentiæ superfuit ex iusticia soluendum, ob quam causam Pœnitentiæ consummatorium appellatur, meritò hæc remissio, & Indulgentia exprimi in petitione debebat. Quinimò non solum exprimi debet peccatorum remissio vtrunque, sed organa sentium, vt ipore illorum peccatorum radix, & origo, vt signum esset, hoc Sacramento hominem perfectè sanari. Grauior dubitatio est, an essentialia sit cuiuslibet vnctionis suam formam distinctè repetere: an verò sufficiat quinque vnctionibus celeriter factis vnica formam, omnes alias virtualiter continentem, exprimere, sicuti superiori puncto diximus, præscriptum esse tempore pestis in Manuali Melchiorini. Et verius existimo cum communi sententia, & consuetudine recepta, singulis vnctionibus suam formam partialem repetendam esse. Sed, quia contrarium probabilitate non caret, consilium puto, si viget grauis necessitas ægroti, eò quod timeatur probabitur decellur, antequam omnes formæ distinctè exprimantur sub conditione, oportere hinc prædicta forma sacramentum ministrari: quia in ea administratione Sacramento nulla fit iniuria, & ægroti ad salutem æternam profecti potest vt bene notauit Suar. dist. 40. sect. 3. num. 16. & dist. 41. sect. 3. in fine.

5. Illud certum, inuocationem Trinitatis, neque ex Sacramento necessitate, imò secundum vtiorem sententiam, neque ex præcepto necessariam fore: quia neque in Concilijs, neque in Rituali Romano cauetur, Trinitatem inuocandam esse: imò nec videtur expediens, & deprecationis accomodata, vt bene alijs relatis firmant Coninch. disput. 19. dub. 4. num. 5. Suarez dist. 40. sect. 3. in fine. Bonac. disput. 7. de Sacram. quest. vnica. part. 3. numer. 2. Layman lib. 5. sum. tract. 8. cap. 3. in fine. Emmanuel Sà verbo, Extrema-Vnctio, numer. 7. in addit.

P V N C T U M V.

De effectu huius Sacramenti.

1. Varios effectus hoc Sacramentum operatur.
2. Gratiã habitualem, quatenus est peccatorum venialium remissio, affirmant plures, esse præcipuum effectum huius Sacramenti.
3. Contrarium est probabilius.
4. Soluuntur opposita rationes.
5. Gratiã habitualis secum trahens auxilia ad alienandum, & confortandum infirmum, est præcipuus effectus huius Sacramenti.
6. Explicatur, qualiter hoc Sacramentum absterget peccatorum reliquias.
7. Effectus secundarius primus est remissio peccatorum, tum venialium, tum mortalium, si infirmus grauius illi sit, & obicem remissioni non ponat.
8. Potest dari casus, in quo Sacerdos debeat administrare hoc Sacramentum ei, quem solum esse attritu reputat.
9. Item, effectus secundarius est remissio pœnitentiæ temporalis.
10. Item sanitas corporis, si expedit.
11. Expeditur sententia Soti qualiter hic effectus intelligatur, & reuocetur.
12. Soluuntur Soti rationes.
13. Quando, seu quo tempore hoc Sacramentum prædictis effectus operetur.
14. An hoc Sacramentum habeat effectum recedente scilicet, quando ob peccatum habere non potuit.

1. **C**onstat ex Trid. sess. 14. in proximo huius Sacramenti, cap. 2. hoc Sacramentum varios effectus habere, nempe: Spiritus Sancti gratiam, quæ delicta, si quæ sint expianda, delcet, peccati reliquias abstergit, & ægroti animam alleuat, & confirmat, magnam in eo diuinæ misericordiæ fiduciam excitando, qua infirmus subleuatus, & morbi incommoda, & labores Iouis ferr, & tentationibus Dæmonis calcaneo infidiantis facilius resistit, & sanitate corporis interdum, vbi salutis animæ expedierit, consequitur. Dubium ergo est primò, quis ex his sit primarius, & præcipuus huius sacramenti effectus, & qui sint secundarij. Secundò, quo tempore ii effectus concedantur?

2. Circa primum, fuit opinio plurium, Bonavent. in 4. dist. 23. art. 1. q. 1. Durand. qu. 1. art. 2. n. 9. Richard. art. 1. q. 5. Alfordoren lib. 4. sum. cap. de extrema-Vnct. q. 1. Abulens. super. 8. cap. Matthæi. quest. 8. Nauarr. affirmantium esse communem cap. 2. numer. 13. & aliorum, quos referunt Suarez, & Coninch, & alij locis referentis, gratiam, inquam, habitualem, quare

quatenus ex diuina institutione est peccatorum venialium remissio, esse huius sacramenti præcipuum effectum. Primò, quia ille est præcipuus effectus, qui per formam significatur: at per formam nihil aliud expressè postulatur, quam peccatorum remissio. Ergo, &c. Secundò, Trident. effectus huius sacramenti enumerans, primo loco instituit peccatorum remissionem ibi: *Gratia Spiritus Sancti, qua delicta, si qua sunt expianda, absterget.* Tertiò, quia esto, Pœnitentiã ad remittenda peccata mortalia, & venialia fuerit instituta; id non obest, quin extrema Vnctio ad venialia saltem remittenda instituta fuerit, præcipuè ad remittenda ea peccata, quæ per Pœnitentiã deleri non possunt: siquidem diuerso modo per sacramentum Vnctionis, ac per sacramentum Pœnitentiæ delentur: nam per Pœnitentiã non videntur deleri posse, nisi illorum fiat dolorosa confessio: at per extremam Vnctionem ex eo præcisè, quòd illorum non habes complacentiam. Quarò, Catechismus Romanus Pij V. expressè asserit, hoc sacramentum ad remittenda venialia præcipuè esse institutum.

4. Cæterum communis est sententia apud D. Thom. in 4. disp. 23. q. 1. art. 2. q. 1. & ibi Paludan. q. 4. Sorum q. 1. art. 2. Belarmino. c. 8. Emman. S. a. n. 16. in addit. Valen. t. 4. disp. 3. q. 1. pun. 7. Suar. disp. 41. sect. 1. Laym. lib. 5. tract. 8. c. 5. n. 2. Coninch. disp. 19. dub. 1. & n. 16. remissionem venialium factam per gratiam non esse huius sacramenti primarium effectum. Ratio præcipua est: quia primarius, & præcipuus sacramenti effectus non sub conditione; sed absolute conceditur: quia est infallibilis, & certus non ponentibus obicem: at peccatorum remissio competit huic sacramento, non primò, & per se; sed per accidens: quia per accidens est, quòd recipiens extremam Vnctionem in peccatis exiit, vt satis indicant illa verba Iacob. 5. *Et si in peccatis sit, remittuntur ei.* Secundò, nulla esset ratio singularis, ob quam hoc sacramentum potius moribundis, quam sanis ministrandum esset, cum omnes æquè peccatorum venialium remissione indigeant. Tertiò, non expediebat ministrari ei, qui nullum peccatum veniale commisset. Quarò, ex nullo loco Scripturæ, aut Conciliorum comprobari potest, venialium potius, quam mortalium remissionem effectum huius sacramenti esse: nam Iacob. c. 5. & Concil. tum Florentinum, tum Tridentinum, affirmantia, vi huius sacramenti peccata remitti, si illud suscipiens in peccatis est, doctrinam ad peccata venialia non restrinxerunt, quinimò absolute promittent peccatorum remissionem. At sub peccati nomine mortale potius, quam veniale intelligitur.

4. Neque obstant rationes contrariæ. Ad primam fateor, illam esse primarium effectum sacramenti, qui per formam absolute significatur: scilicet, qui significatur sub conditione, & quasi præter intentionem. Idemque dicendum est ad secundam. Quòd si roges, quare forma huius sacramenti non primarium, sed secundarium effectum, & per accidens contingenter expresserit: dicendum est, id ex institutione Christi, vti, & definitione Ecclesiæ comprobata pendere. Congruentia ea esse potest, vt significaretur, hoc sacramentum esse, tum Pœnitentiæ consummatiuum; siquidem consummat: & perficit quod per Pœnitentiã sacramentum consummari non potuit: tum vltimo dispositiuum ad gloriã Introitum, qui peccatis occluditur, & impeditur. Ad tertiam concedo, nullum esse inconueniens, quòd Christus, si vellet, instituisset duo sacramenta ad venialium remissionem: nego tamen id factum esse: satis enim saluti hominum prouidit, vnicum sacramentum pro venialium remissione per se instituit. Ad quartam respondeo optimè Valent. disp. 8. quæst. 1. part. 1. post med. idèd Catechismus Pij V. asserere, præcipuè institutum esse hoc sacramentum ad venialium remissionem, non, quia hic sit primarius effectus; sed quia sapius horum remissio contingit vi huius sacramenti, quam mortalium, quæ perlonge Pœnitentiæ, & Eucharistiæ Sacramento delecta sunt.

5. Igitur effectus primarius huius Sacramenti est gratia habitualis, non vtneque: sed secum infallibiliter trahens auxilia, & gratias proueniens, quibus ægroti animus alleuiatur, confirmatur, & roboratur; tum ad fiduciam de diuina misericordia concipiendam, tum ad morbi incommoda, & labores leuitis ferendos; tum ad tentationibus Dæmonis calcaneo infidiantis resistendũ, vt dixit Trid. sess. 14. c. 2. & in proœmio. Et satis indicauit Iacobus dicens: *Et oratio fidei saluabit infirmũ, & alleuiabit eum Dominus: & si in peccatis sit, & remittentur ei.* Remissionem enim peccatorum postremo loco constituit, primo integram animi sanitatem & robur. Atque ita tradunt Suarez disp. 41. sect. 1. num. 11. Coninch. disp. 19. dub. 5. concl. 1. Valen. t. 4. disp. 8. q. 1. pun. 7. Laym. lib. 5. sum. tract. 8. cap. 5. num. 2. Ratio desumitur ex Trident. sess. 14. in proœmio, asserente, clementissimum Redemptorem nostrum, qui omni tempore sex vti suis de salutaribus remedijs aduersus hostium tela profectum esse voluit, in vltimo vitæ agone constitutos hoc sacramento munire voluisse, ne ob virium imbecillitatem, & acriorem hostis pugnam deficiant, & pereant. Eaque de causa non fanis, sed infirmis ministratur: quia in hac institutione nõ vtilitas, sed specialis necessitas spectata fuit. Dixi, effectum esse gratiam habitualem secum trahentem auxilia, &c. quod

intelligi debet, quando illis auxilijs ægrotus indigeat: scilicet, si illorum incapax est; vel, quia est phœnicus, vel sensibus destitutus, vel immediatè post susceptam vnctionem è vita decedit. Neque obinde sit, sacramentum potius suo primario effectum, qui est gratia sanctificans: non, quæ secum trahat auxilia actualiter, & de facto; sed, quæ illa secum trahat, si illis infirmus indigerit. Neque quæ fiat semper efficacis, sed quando diuinæ bonitati placitum fuerit; bene tamen quæ fiat abundantiora, quam alijs concederentur.

6. Hinc fit, qualiter hoc sacramentum institutum sit ad reliquias peccatorum abstergendas. Ex peccato namque originali relicta est in anima quædam pronitas, & inclinatio ad malum, & difficultas in bonum, quæ fomes peccati appellatur. Ex actuali verò relinquitur phœnasma, vel habitus, quæ vitium facile reddunt, & virtutem diu. lem. Præterea, ex peccato remissa culpa, & pœna æterna, temporalis superest, soler, sacramentum igitur Vnctionis ad concedendam promptitudinem in bonum, & difficultatem in malum, institutum est: non quidem tollendo fomitem corruptæ naturæ innatum: sic enim nunquam tollitur: neque tollendo habitum prauum, aut phœnasma ex actuali peccato relicta; quia ad hæc tollenda nullum est sacramentum institutum; sed concedendo robur medij auxilijs, gratijsque excitantibus, quibus difficultates ex his causis proueniens superentur.

Pœna item temporales, esto, propriissimè dici possent peccatorum reliquias: non tamen earum remissio effectus est primarius huius sacramenti. Tum, quia hic est effectus primarius sacrificij: tum, quia absque infusione gratiæ concedi potest: tum quia sacramenta non in satisfactionem peccati, sed in reconciliationem, & vnionem hominis cum Deo primò instituta sunt: sunt etenim signa gratiæ sanctificantis. Atque ita docuit Suar. disp. 41. sect. 1. n. 9.

7. Effectus secundarius huius sacramenti triplex est. Primus, remissio, tum mortalium, tum venialium, si fortè infirmus illis grauatus, sit eorumque remissioni obicem non ponat, vti manifestè colligitur ex loco Iacob: *Et si in peccatis sit, remittentur ei.* & ex Trid. si quis sunt expianda. & ex verbis formæ: *Quidquid peccasti.* Quæ omnia æquè de mortalibus, ac venialibus, intelliguntur: neque ea cõditio apponeretur, si solum pro venialium remissione esset hoc sacramentum institutum; cum vix vllus reperitur, qui grauatus venialibus non sit. Institutum igitur est hoc sacramentum, saltem secundariò, ad peccatorum tum mortalium, tum venialium, remissionem. Et probari insuper potest ex Trident. sess. 14. in proœmio, asserente, hoc sacramentum esse Pœnitentiæ; & totius vitæ Christianæ consummatiuum: hoc autem fieri non posset, nisi peccata, tum mortalia, tum venialia, quæ per pœnitentiã delenta non sunt, abstergeret. Atque ita tradit ex omnium sententia Suarez disp. 41. sess. 1. n. 14. Valen. disp. 8. q. 1. p. 3. in princ. Bonac. disp. 7. q. vnic. ca. p. 6. in princ. Coninch. disp. 19. dub. 5. concl. 2. Laym. lib. 5. tract. 8. cap. 5. n. 2. Notanter dixi, si obicem non ponat: nam sacramenta, esto, sint causæ infallibiles suorum effectuum, cum ritè, & legitime suscipiantur: sæpè ob indispositionem suscipientis eorũ efficacia impeditur: impedit autem prædictum effectum, si peccati mortalis conscius sacramentum recipias: quia non est institutum per se in mortalium remissionem, sed quasi per accidens, quando, scilicet, alia via remitti non possunt. At, si reputans te esse contritum, cum tamen solum attritus existas hoc sacramentum recipias, sine dubio peccatorum remissionem obtinebis. Nam, esto, in alijs Sacramentis viuorum ex benigna Dei misericordia credatur ea bona fide suscipientes gratiam obtinere, modò attriti sint; in hoc tamen sacramento tanquam certum concedendum est, vt pote quod ad peccatorum remissionem est per se, licet secundariò, institutum. Adde, si in prædicto casu hoc sacramentum efficacia non habet peccatum remittendi, nullus casus dari potest, in quo peccatum remittat. Atque ita docent Paludan. in 4. disp. 23. quæst. 1. art. 3. concl. 3. Suarez disp. 41. sect. 1. n. 19. & disp. 42. sect. 1. in fine. Laym. lib. 5. tr. 8. c. 5. n. 2. Coninch. disp. 19. dub. 5. circa finem.

8. Ex qua doctrina prædicti Doctores inferunt, & bene posse Sacerdotem ministrare hoc sacramentum ei, quem probabiliter credit in peccato mortali existere, & solum attritum esse, quando ipse infirmus ad contritionem conari non potest; vel, quia credit contritum esse, vel, quia est sensibus destitutus: quia Sacramentum confert ritè ad eius effectum suscipiendum disposito. Semper tamen de quolibet Catholico præsumendum est, in eo periculo non solum attritum, sed & contritum existere, nisi moraliter constaret de contrario, vt, si post peccatum nullus fuit ei locus ad contritionem concessus, vt rectè notauit Coninch. disp. 19. dub. 5. n. 19. De peccatis venialibus aliter dicendum censo: hæc enim credo virtute huius sacramenti remitti ex eo præcisè, quòd illorum complacentiam non habes: nam virtualis Sacramenti suscipio est virtualis illorum destitatio: & indicat Suar. disp. 41. sect. 1. n. 21.

9. Secundus effectus secundarius est remissio pœnæ temporalis pro peccatis debita: non quidem omnis, alijs vix vllus Catholice ritè vnctionem suscipiens in Purgatorium itret; sed

secundum eam mensuram, quae diuinae bonitati, & Christi institutione consentanea fuerit, vi aduertit Coninch. *duob. 5. n. 19. Layman. tract. 8. c. 5. n. 3.*

10. Tertius secundarius effectus est sanitas corporis, si id saluti animae expedierit, vt docuit Trident. *sess. 14. c. 2. in fine*, & tradunt ferè omnes Doctores, & sumiturque ex Iacobi verbis: *Et oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus*, quae non de solo leuamine, & sanitate spiritali; sed corporali debent intelligi; sub illa tamen conditione, si salus corporis animae expedierit; quia haec corporalia spiritalibus subordinata esse debent; & ob illa tantum expostulari.

11. Sed est difficultas, qualiter hoc intelligendum est. Nam Sotus in *4. distinct. 23. quest. 1. art. 2.* ausus fuit affirmare, hoc sacramentum nunquam habere effectum, prout expedit, vel non expedit animae; sed prout morbi vis eum admittit. Mouetur primò: quia saepe recipientes Confirmationem, & Eucharistiam, ita tepidi esse solent, & in malum procliuus, vt non obstantibus auxiliis ex Confirmatione, & Eucharistia concessis deficiant. Ergo etiam recipientes extremam Vnctionem ita vitibus destituti esse possunt, vt, non obstante auxilio ex vnctione deservit, nequeant salutem recuperare. Secundò, saepe moriuntur, qui si viuerent, meliores existerent: alij viuunt, qui deteriores sunt: ergo extrema Vnctio non concedit salutem, cum expedit. Tertio, saepe concederetur salus praeter omnem medicinam spem, & naturae leges, si concedenda sit, cum animae expedit. Ergo miraculose.

Haec tamen sententia vt omnino improbabilis reicienda est, quippe est contraria, tum communi sententiae Theologorum, tum Trident. & Florentin. Concilii, definitibus, interdum sacramentum sanitatem corporis conferre, videlicet, cum animae expedierit. Ratio ex institutione Christi peti debet. Congruentia ex eius benignitate desumitur; qui non dedit, gnatur integram homini sanitatem concedere.

12. Rationes verò Soti leuissimae sunt. Ad primam concedimus, saepe auxilia ob confirmationem, & Eucharistiam concessa non obtrahere effectum: quia eorum efficacia pendet ex humana libera voluntate, quae eam impedire potest. At effectus sanitatis corporalis ob extremam Vnctionem concedendus, si animae expedit, cum non dependeat à libero hominis arbitrio, necessariò sequendus est. Aliàs fatendum est, virtutem sacramenti ita limitatam esse, vt nequeat grauitatem morbi superare; quod absurdum est, cum sacramentum non operetur virtute naturali; sed supernaturali, quae quamlibet infirmitatem, quantumuis grauissimam, vincere aequè potest, ac leuem. Ad secundam dico, incertum esse, an illi, qui moriuntur, meliores forent; & esto, aliquando meliores existerent, postmodum mutarentur. Quòd verò alij viuunt, qui deteriores sunt, non inde inferitur, Sacramentum illis sanitatem concessisse, cum possint à causis naturalibus illam habere. Praeterquam quòd pro aliquo tempore illa sanitas expedire animae saluti potest, & ob eam causam vi Sacramenti concedi, tamen tentationibus concurrentibus praedictus fructus amittitur. Neque enim, vt bene aduertit Suar. *disp. 41. sess. ult. n. 5.* fructus spiritalis, ob què salus corporis vi Sacramenti interdum conceditur, non necessariò debet esse permanens, & perpetuus per totà vitam; sed secundum ordinem diuinae dispositionis. Ad tertiam admittimus, saepe salutem corporis vi huius Sacramenti admitti, praeter communes naturae leges; neque obinde miraculosa salus est absolute appellanda; quia est cõcessa iuxta leges à Christo praescriptas in huius Sacramenti institutione, sicut nec trãsubstantiatio, miraculosa mutatio dicitur, esto, sit praeter naturae leges: sufficit enim, quòd sit iuxta leges statutas à Christo.

13. Quoad secundum, quando hoc Sacramentum praedictos effectus operetur? Breuiter respondeo, stante communi sententia quam defendimus, hoc Sacramentum essentialiter non perfici, quovisque sensum vnctiones sub suis formis fiant, asserendum est illo instanti, in quo verum est affirmare, Sacramentum perfectum esse, confecti primarium effectum, qui est gratia habitualis, cum ordine, & connexionem ex promissione diuina ad gratias praeuinentes, quia effectus sacramenti, quovisque sacramentum sit, concedi non potest. Atque ita docent Suar. *disp. 41. sess. 2. n. 3.* Laym. *tract. 8. c. 5. circa finem.* Bon. *disp. 7. de Sacram. q. vn. p. 6. n. 2.* Coninch. *disp. 19. dub. 6. à n. 21.* Val. *disp. 8. q. 2. p. 2. vers. Effectus.* At in sententia Adriani, Medinæ, & aliorum, quos referunt Suar. Coninch. Laym. *loc. alleg.* & Henric. *lib. 3. c. 12. affirmantium*, in qualibet vnctione sub sua forma sacramentum essentialiter perfici, tamen partiali, & minus perfectum, necessariò fatendum est, effectum gratiae concedi qualibet finita vnctione, vt rectè notant Suar. Laym. Coninch. *loc. alleg.* quia sacramentum, cum sit signum practicum gratiae sanctificantis, esse non potest absque gratiae productione, si ex parte suscipientis nullus datur obex.

Gratiae verò praeuinentes huic gratiae habituali annexae non conceduntur necessariò eo instanti, quo gratia habitualis conceditur: quia eo tempore fortè non erant commoda. Conceduntur tamen quoties ex institutione Christi, & ordinatione diuina infirmus in illa ægitudine constitutus illis eget ad excitandam spem diuinæ misericordiae, ad leuiiores labores,

& infirmitatis incommoda ferenda, & ad resistendum Diaboli tentationibus. Finita verò infirmitate, non conceduntur: quia haec remedia, vt ex Trid. *sess. 14. de Extrema Vnctione, in promissio*, solum pro periculo mortis ob grauem illius necessitatem prouisa sunt. Nam pro toto vitæ decursu, vt ipsummet Concilium inquit, reliquorum sacramentorum effectus sunt designati, vt aduertit Suar. *disp. 41. sess. 1. n. 24.*

De remissione peccati, tam quoad culpam, quam quoad poenam, idem dicendum est, ac de gratia habituali; conceditur, inquam, eo instanti, quo sacramentum perficitur, si ex parte suscipientis nullus ponatur obex: quia nulla est causa, ob quam in aliud tempus differatur. Idem videtur affirmandum de sanitate, tamen si non oporteat integram statim concedi, sed paulatim, & quasi insensibiliter, ne aegroti conscij sint ritè sacramentum suscipisse, & gratiam obrinuisse.

14. Solum superest dubium, an, si ob indispositionem aegroti sacramentum effectum careat, sublata indispositione effectus praedictos habeat? Et quidem, si perseverante infirmitate, fuerit obex sublatus, probabilissimum credo, effectus habiturum: quia, cum supradictum sacramentum iterari non possit eo tempore, expediebat, ne infirmus iterum dispositus effectibus illius priuaretur. At, in infirmitate finita, cum infirmus capax esse non possit, tum gratiarum praeuinentium, quae sunt quasi effectus primarij huius Sacramenti, tum sanitatis recuperandae, grauius dubium habet. Pè tamen credi potest, effectum gratiae habitualis ex se dicentem ordinem ad gratias praeuinentes, si fortè aegrotus illarum capax sit, sublato obice, concedi, vt docuit Suar. *disp. 41. sess. 23. c. 24.*

PUNCTVM VI.

De subiecto, seu suscipiente vnctionem.

1. Subiectum vnctionis est homo viator.
2. Baptizatus.
3. Adultus, qui aliquando rationis usum habuit.
4. Satisfit cuidam obiectioni.
5. Aliqui existimant, non esse ministrandum hoc sacramentum pueris rationis usum habentibus, sed oportere statim habere puberem.
6. Reicitur praedicta sententia, & adstruitur impuberibus dari posse.
7. Non est necessarium, quòd suscipiens aliquando peccauerit: sufficit peccare potuisse.
8. Soluuntur oppositae rationes.
9. Adultus si immediatè post Baptismum susceptum, in mirbum incidat, potest hoc Sacramentum suscipere.
10. Debet suscipiens infirmus existere.
11. Qualiter infirmus requiratur.
12. Non est expectandum vltimum vitæ periculum.
13. Stante dubio, an morbus periculosus sit, ab hoc Sacramento supercedendum est.
14. Non esse de Sacramenti essentia, quòd minuitur infirmo periculosio, affirmat Coninch.
15. Verius est oppositum.
16. Soluuntur rationes contrariae.
17. Sapius hoc sacramentum suscipi potest, si sapius in nouam infirmitatem incidit.

1. Subiectum capax vnctionis tantum est homo, viator capax, adultus, in periculo mortis, ob infirmitatem, constitutus. Conclusio est ab omnibus recepta quam oportet per partes explicare. Primò, debet esse viator: sacramenta enim solum pro viatoribus sunt instituta. Quare; si dubium sit, infirmum è vita decessisse, nec veritas explorari potest absque periculo manifesto omittendi vnctionem, non absolute, sed sub conditione, saltem mente retenta, ministranda vnctio est; vt bene notauit Nauar. *c. 22. n. 13.* Suar. *l. 4. in 3. p. disp. 42. sess. 1. n. 1.* Emm. *Sà verbo, Extrema Vnctio, n. 15.* Laym. *lib. 5. tract. 8. c. 8. n. 2.* Bonac. *disp. 7. q. vnica. pun. 5. n. 9.* Quia hac conditionali ministratio sacramenti irreuerentia vitatur, & infirmi vilitati consultum, si capax existit.

2. Secundò, debet esse baptizatus: quia absque Baptismo nemo capax est vllius sacramenti recipiendi, vt docuit Florent. in decreto Eugenij, & colligitur ex Trident. *sess. 14. cap. 3.* affirmante vnctionem esse Sacramentum consummationum totius vitæ Christianae; quae in Baptismo inchoatur.

3. Tertio, necessariò debet esse adultus, id est, qui rationi vsu habeat, vel aliquando habuerit: infantes namque, aut perpetuo amentes, huius sacramenti incapaces sunt. Vt ex communi sententia colligitur Valen. *disp. 8. q. 2. p. vlt.* Suar. *disp. 42. sess. 1. n. 3.* Laym. *lib. 5. sum. tract. 8. c. 4. n. 2.* Coninch. *disp. 19. dub. 7. conclus. c. 2.* Bonac. *disp. 7. de Sacram. Vnct. q. vnica, p. 5. à n. 1.* & colligitur manifestè tñ ex illis verbis Iacobi *5. Infirmus quis in vobis, inducat Presbyterus, tacitè indicans, infirmum extremam Vnctionem petere debere. Tum ex illis: si in peccatis sit, remittentur illi, à quibus destituta est forma, sub qua hoc sacramentum*

tum ministratur, quæ necessario supponit saltem potentiam peccandi. Tum ex Trident. asserente, esse Penitentiam consummatam, quod in infantibus, & perpetuo amentibus esse non potest: quippe penitentia incapaces existunt.

Notanter dixi: *Qui rationis vsum habeat, vel aliquando habuerit.* Nam esto, consultius sit, hoc Sacramentum, quoad fieri possit, infirmo rationis vsum habenti ministrari, tum ob reuerentiam sacramenti, tum ob deuotionem suscipientis, tum vt effectus speciales huius sacramenti communicari possint: at necessarium non est necessitate sacramenti, imò nec grauis præcepti, vt satis confirmat vsum, & praxis Ecclesie concedentis hoc sacramentum infirmis vlu rationis earentibus. Sic Suar. disp. 42. sect. 1. n. 6. Nauarr. cap. 22. n. 11. Coninch. disp. 19. dub. 7. concl. 2. Laym. lib. 5. sum. tract. 8. c. 3. n. 3. Bonac. disp. 7. de Sacram. q. vnic. p. 5. n. 1. Ratio ea est: quia hoc sacramentum institutum est, vt, quæ per Penitentiam, & Eucharistiam fortè remissa non sunt, vel non potuerunt remitti, eò quòd infirmus extiterit incapax Penitentia, & Eucharistia recipienda, virtute huius sacramenti remittantur: ad cuius effectus consecutionem decebat maximè, vt hoc sacramentum ministrari posset infirmis; tamen vlu rationis actualiter non habuerint: modò aliquando eo vlu fuerint.

4. Neque his obstat, debere infirmum hoc sacramentum petere, sicut colligitur ex Iacob. 5. *Infirmatur quis in vobis: inquit Presbyteros, &c.* vbi Presbyteri ab infirmo vocandi sunt quia non exigitur eorum actualitas, & presens vocatio, & sacramenti peritio: sufficit habitualis, & quæ aliquando præcessit. Hæc autem præsumitur ex eo tantum, quòd Christianè infirmus vixerit, neque peccato mortali affectum esse constiterit: eo enim ipso perit sibi conferri opportuna salutis remedia, vt bene tradit Coninch. disp. 19. dub. 7. concl. 3. n. 24. Hentiq. lib. 3. c. 13. n. 1. Suar. disp. 42. sect. 2. n. 6. Bon. disp. 7. de Sacram. vnic. q. vni. p. 5. n. 7. Quocirca, si post peccatum commissum, v. g. duellum, tempus superfuit, quo vulneratus præterire potuit, præsumendum est poenituisse, nisi contrarium manifestè constiterit, sicut notauit Coninch. disp. 19. dub. 6. n. 19. Quo casu absoluedus est infirmus primò ab excommunicatione: vnde dixit Emmanuel Sà *verbo extrema-Vnctio, n. 1.* & deinde ministranda Vnctio, saltem sub conditione mente retenta, si forte ad effectum sacramenti dispositus infirmus existit. Quoties autem phrenetico Vnctio ministranda est, spectari maximè debet ne cum sacramenti irreuerentia fiat, aliàs si alieuius irreuerentia periculum adsit, omittenda omninò est: quia semper posthinc debet priuata vtilitas Sacramenti reuerentia, vt ex D. Thom. communique sententia docuit Suar. disp. 42. sect. 1. n. 9. Bonac. disp. 5. q. vni. p. 5. n. 1.

5. Aliqui Doctores non infirmæ notæ sententiæ, esto, validè conferri possit Vnctio iis, qui rationis vsum habent, seu aliquando habuerunt: at nequaquam licitè concedi, nisi puberibus, quique ad Eucharistiam recipiendam apti sunt. Sic docuit Sotus in 4. dist. 23. qu. 1. art. 2. concl. 4. Vuald. de extrema-Vnctione, de suscipientibus, n. 7. Et mouentur ex consuetudine recepta, quæ ferè vbique viget, negandi extremam Vnctionem impuberibus, quibus, ob exiguam discretionem, Viaticum denegatur. Deinde, quia extrema-Vnctio Penitentia, & Eucharistia succedit, illorumque vices supplet. Ergo incepti ad Penitentiam, vel Eucharistiam recipiendam, etiam ad extremam Vnctionem inepti iudicandi sunt.

6. Cæterum, hæc consuetudo tolleranda non est: sed omninò à Prælati curandum, vt pueris, qui sufficientem ad peccandum discretionem habent, vt plerumque sunt septenni, quique capaces sunt Penitentia recipiendæ, extrema Vnctio concedatur: quippe extrema Vnctio est penitentia sacramenti consummatum. Ergo capaces Penitentia, & extrema-Vnctionis ceteri debent, præcipuè cum pueri rationis vsum habentes; tamen si decimum quartum annum non attingant, gratia huius sacramenti indigere maximè possunt; tum ad concipiendum spem diuinæ misericordiae, tum ad infirmitatem persistenter sustinendam, tum ad tentationes Dæmonis superandas, tum ad peccatorum remissionem, tum ad salutis corporalis consuetudinem. Atque ita sustinet Zambran. de extrema-Vnctione, dub. 1. Laym. lib. 5. sum. tract. 8. c. 4. n. 1. & indicat. Nauarr. c. 22. n. 11. Sà *verbo, Extrema-Vnctio, n. 2.* Graff. 2. p. dec. lib. 1. c. 3. n. 16. Quod omninò seruandum existimo, casu, quo impubes incapax extiterit alterius Sacramenti recipiendi: fortè enim ex huius Sacramenti receptione æterna salus impuberis infirmi pendet. Fateor tamen, Parochos à peccato excusari, negando impuberibus extremam Vnctionem, si ea consuetudo ab Episcopis tolerata viget: quippe non est consuetudo manifestè irrationabilis, & iniqua: & notauit Laym. d. c. 4. n. 2.

7. Alij insuper requirunt ad susceptionem huius sacramenti actualè peccatum, saltem veniale, infirmum commississe: tum, quia est institutum ad peccata, seu reliquias peccatorum actualium abstergendas, vt ipsa forma indicat: tum, quia est consummatum Penitentia, quæ abique peccato confici non potest: tum, quia Sanctissima Virgo capax esset extrema Vnctionis. Sic docet Did. Nunez in 3. p. q. 32. art. 2. Sed contrarium tenendum est cum communi sententia, teste Nauarr. c. 22. n. 13.

Hentiquez lib. 3. c. 8. n. 4. & cap. 12. num. 8. Coninch. disp. 19. dub. 7. n. 23. Suar. disp. 42. sect. 2. à n. 8. Bonac. disp. 7. de Sacram. quest. vni. punct. 5. circa finem. Ratio est manifesta: quia hoc sacramentum non est per se institutum ad remittenda peccata; sed ad remittenda, si forte extiterint, vt colligitur ex verbis Iacobi, & ex forma, sub qua hoc Sacramentum ministratur, quæ sensum conditionalem præstat. Ergo opus non est, vt actualè peccatum commiserit, qui hoc sacramentum suscipere debet. Adde, hoc Sacramentum præcipuè institutum esse ad roborandum infirmum medijs auxilijs, & gratijs præuenientibus, vt leuils infirmatus, & labores sustineat, & facillius tentationes Dæmonis superet, quòd nullam à peccato commissio dependentiam habet.

8. Et ex his soluantur oppositæ rationes. Ad primam concedo, institutum hoc Sacramentum esse ad remittenda peccata non absolutè: sed sub conditione, si extiterint. Item, institutum esse ad remittendas reliquias peccatorum, tum originalis, tum actualis, quales sunt pronitas ad malum, & difficultas in bonum eo tempore, quo debilitate corporis, & morbi ægritudine facultates impeditæ sunt: quæ reliquias, cum solum remittendæ sint medijs auxilijs, & gratijs præuenientibus, fieri optimè potest earum remissio, tamen nullum actuale peccatum commissum sit. Ad secundam fateor extremam Vnctionem consummare Penitentiam: quia remittit, tum peccata, tum penam pro peccatis debitam, quæ per Penitentiam fortè remissa non sunt: & quia plerumque est vltimum sacramentum, quod in vita suscipitur, eaque de causa terminus, & consummatum omnium sacramentorum appellari potest. Ad tertiam concedo, Beatissimam Virginem huius sacramenti capax esse, vt latè probat Suar. to. 2. in 5. p. disp. 18. sect. 3. circa medium, vers. Alij. & 1. 4. disp. 42. sect. 2. circa finem, quia Beatissima Virgo capax fuit primarij huius sacramenti effectus, qui est habitualis gratia secum trahens auxilia ad superandas inimici insidias, quæ tempore mortis occurrere solent. Si enim, vt communior sententia, capax fuit suscipiendi Baptisimam, ex eo, quòd, spectata eius natura peccato originali fuerit subiecta; tamen si ab Spiritu Sancti gratia præuenientia illud non contraxerit; quid mirum, quòd extrema Vnctionis capax fuerit, quæ non directè ad remittenda peccata; sed ad roborandum animum, ne in peccata infirmus labatur institutum est? Quòd si dicas, Beatissimam Virginem nullam infirmitatem passam esse, eaque de causa incapax esse sacramenti, quod infirmis tantum ministratur? Respondet, nullam infirmitatem ex humorum inordinatione habuisse: at ex debilitate naturæ, & humidi radicalis consumptione infirmum fuisse: quod sufficit, vt hoc sacramentum ei ministrari possit, sicuti credunt Albert. Magnus in Manuali Virg. c. 72. & 74. Antonin. 3. p. tit. 14. c. 8. §. 3. & Canisius lib. 1. de B. Virg. c. 9. & alij, ministratum esse.

9. Hinc fit, si adultus inmediate post Baptisimam susceptum in morbum incidat periculosum, posse, & debet ei Vnctionem ministrari: quia ad illius susceptionem non expostulatur actualiter peccasse, sed ex se, & spectata suscipientis naturæ, peccare potuisse, capacemque suscipientem esse gratia sacramentalis, quæ medio hoc Sacramento communicatur. Sic tanquam cerum tradit Suar. disp. 42. sect. 2. n. 9. Hentiq. lib. 3. c. 11. n. 3. alijs relatis Bonac. disp. 7. q. vni. p. 5. n. 14.

10. Quartò requiritur, quòd suscipiens infirmus sit, vel infirmitate proueniente ex humorum inordinatione, vel ex naturæ debilitate, vt in senibus, vel ex vulnere accepto. Colligitur manifestè ex Iacobo, solis infirmis concedente, vt Presbyteros vocent ad vnctionem; & ex Florentino Concilio asserente, alijs ab infirmis dari non debere: & ex Trident. sess. 14. c. 3. dicente, solis infirmis adhibendam vnctionem est. Quapropter, si alijs ab infirmis, esto, in discrimine vitæ constitutis Vnctio ministraretur, non solum peccatum grauissimum esset; sed ea ministratio nullius esset effectus, vt ex communi Ecclesie praxi notauit Suar. disp. 42. sect. 2. in princ.

11. Quinimò non quibusuis infirmis hoc sacramentum ministrandum est: sed iis, quibus infirmus, Medicorum iudicio, periculum vitæ inducit; aliàs graue peccatum committeretur, vt ex communi docet Suar. disp. 42. sect. 2. n. 3. & 4. Valen. d. 8. q. 2. p. 2. post princ. Coninch. disp. 19. dub. 7. n. 23. & 24. Laym. lib. 5. sum. tract. 8. c. 4. circa finem. Bonac. disp. 7. q. vni. p. 5. n. 5. & colligitur manifestè, tum ex vlu Ecclesie, tum ex Florent. Concilio. dicente: *Hoc Sacramentum dari non debet nisi infirmo, de cuius morte timesit.*

12. Neque inde fit, expectandum esse, vt infirmus sensu careat: id enim potius est contra reuerentiam sacramenti. Neque item, vt salus viribus naturæ omninò desperata sit; sed eo ipso, quòd prudenter iudicatur, infirmum periculo vitæ laborare, ministrari Vnctio potest, vt rectè dixit Suar. dicta. sect. 2. n. 5. Coninch. dub. 7. n. 24. Hentiq. lib. 3. c. 11. n. 3. Bonac. disp. 7. de Sacram. q. vni. p. 5. n. 7. Quapropter ceterem, quociens Viaticum infirmo ministratur, statim & ministrari vnctionem posse, & expedire: quia iam censetur infirmitas graue periculum vitæ inducere.

13. Stante autem dubio absque opinione, an morbus de

se, vel in hoc individuo sit periculosus, esto, censeat Chapea-
nula de ministrat. Vnction. c. 5. q. 11. ministrandam esse vnctio-
nem sub conditione: at verius existimo cum Layman. tract. 8.
r. 4. circa finem, ab hoc sacramento supercedendum esse: tum,
quia non est sacramentum necessitatis, tum, & præcipue, quia
sacramentum ministrari non potest ei, quem saltem sub opi-
nitione probabili non constiterit, illius fructus esse capacem:
tum, quia est præceptum, ne aliis, quam vita periclitantibus
ministratur; cuius præcepti transgressioni exponitur, qui in-
firmo dubium vitæ periculum tantum habenti vnctionem
concederet.

14. Sed, an hoc periculum vitæ requiratur non solum ad li-
citam, sed etiam ad validam ministracionem, difficultate non
carer. Coninch. disp. 19. dub. 7. num. 25. negat requiri. Mouetur,
tum ex Iacobo, qui solum expositulat infirmitatem, nullius pe-
riculi mortis mentionem faciens, ibi: *Infirmatur quis in vobis
inducat Presbyteros, &c.* tum ex Trident. sess. 14. c. 3. asserente,
hanc vnctionem esse infirmis adhibendam, illis præsertim, qui
tam periculosè decumbunt, vt in exitu vitæ constituti videan-
tur: vbi notandum est verbum, *præsertim*, quod indicat aliis
infirmis ab iis, qui constituti sunt in exitu vitæ, Vnctionem
esse adhibendam: tum ex Florent. dicente, his tantum in-
firmis Vnctionem dari debere, de quorum morte timetur.
Expendo verbum, *debere*, quod licitum vltimum, non valorem
spectat, aliàs loco, *debere*, vteretur Concilium verbo, *posse*. Tum
ratione, quia, si ad valorem sacramenti periculum mortis ex-
positulatur, cum hoc incertum sit, sæpe hoc sacramentum in-
ualidè conferretur, neque deberet vnquam ministrari absolu-
tè, nisi cum periculum mortis certum esset, ac proinde expe-
ctandum esset, vt infirmus animam iam ageret: quod est con-
tra *superius dicta*, & receptam consuetudinem.

15. Cæterum communior sententia tenenda est, inuali-
dum esse sacramentum infirmo ministratum, qui nec ratione
infirmitatis, nec ob debilem eius complexionem periculum
mortis iudicio peritiorum subit. Sic tradit Suar. t. 4. in 3. p. disp.
42. sect. 2. n. 4. & 5. Bonac. disp. 7. de vnct. q. vnic. p. 5. n. 5. Mouet
primò ex Trident. sess. 14. in præmio huius Sacramenti, asseren-
te, institutum esse à Christo Domino, vt finem nostræ vitæ, rã-
quam firmissimo quodam præsidio, muniret aduersus Diaboli
insidias. Supponit ergo, non aliis, quam iis, qui in fine vitæ
esse creduntur, ministrandum esse. Quòd optimè confirmari
potest ex eo, quòd sit totius vitæ Christianæ (vt inquit Con-
cil.) consummariuum. Secundò, si quilibet infirmus huius sa-
cramenti capax esset, eique valide ministrari posset, nulla ap-
paret sufficiens ratio, cur Ecclesia solis infirmis periculosus
hoc sacramentum concederet, & aliis denegaret: iniuste enim
videretur priuati tanto sacramenti fructu, quo ex institutio-
ne Christi capaces existunt.

16. Neque rationes in contrarium vigent. Ad locum Iaco-
bi respondeo, etsi non expresserit infirmitatis qualitatem, ex
Ecclesie vlti, & praxi recepta satis expressam esse: siquidem
non permittit aliis infirmis, quam vita periclitantibus, Vnctio-
nem ministrari. Ad secundam ex Tridentino, nego, ex verbo,
præsertim, indicari, quibus infirmis Vnctionem ministrari
posse: imò potius colligitur, solis periculo vitæ laborantibus
esse ministrandam: siquidem dixit Concilium, Vnctionem in-
firmis adhibendam esse illis, vt præsertim, qui tam pericu-
losè decumbunt, vt in exitu vitæ constituti videantur. Notan-
dum, inquam, est verbum illud, *qui iam periculosè decumbunt*:
supponit, inquam, alios infirmos, quibus vnctio ministranda
est, periculosè decumbere debere, tamen non ita periculosè,
vt in exitu vitæ constituti censeantur: sunt enim gradus peri-
culi. Ad tertiam ex Florent. respondeo, fortè vltimum esse, verbo,
debere, vt contrariè sententiæ aliquam probabilitatem relin-
queret. Præterquam quòd, cum Conc. in eo loco declarauerit,
huius sacramenti subiectum, & solum designauerit illud, de
cuius morte timetur; quòdlibet aliud censeat exclusisse, ta-
meti vltimum non fuerit verbo, *posse*; sed verbo, *debere*. Ad quar-
tam ex ratione petitam respondeo, hoc sacramentum non esse
ministrandum, nisi cum de periculo vitæ moraliter constet.
Neque inde fit, sacramentum inualidum esse, si fortè in re pe-
riculum absit: quia, cum Christus Dominus huius sacramenti
ministracionem hominibus reliquerit, credendum est, sic eam
reliquisse, vt quoties prudenter iudicauerint infirmum peri-
culo vitæ laborare, concedere possint.

17. Superest dicendum, an semel, vel sæpius hoc sacra-
mentum suscipi possit. Et quidem, durante eodem periculo
morbi, nullatenus repeti potest. Secus verò illo periculo sub-
blato, & nouo adueniente, secundum peritorum iudicium, ta-
meti non longum tempus præcesserit, sicut docet S. Thom.
in Supplem. q. 33. art. 2. & in 4. disp. 23. q. 2. arr. 4. Paludan. ibi. q. 4.
Syluest. verbo, Vnctio. q. 8. Emman. S. n. 4. Hentiq. lib. 3. c. 19. n. 3.
Suar. disp. 40. sect. 4. à n. 4. Coninch. disp. 19. dub. 8. Layman. lib.
5. sum. tract. 8. c. 4. in fine. Valen. disp. 8. q. 2. p. 2. in fine. Bonac.
disp. 7. q. vn. p. 6. n. 4. & alij. Prior pars, scilicet, durante eo-
dem periculo, repeti non posse, constat, tum ex praxi Ecclesie,
tum ex sufficiencia huius sacramenti, quòd semel legitime sus-
ceptum, sufficientissimum est ad roborandum, & manendum
infirmum in eo periculo cõstitutū aduersus Diaboli insidias.

Secundam partem, scilicet, repeti Vnctionem posse, nouo pe-
riculo adueniente, etiam Ecclesie praxi confirmat: & probat
ratio: quia hoc sacramentum institutum est, vt firmissimum
infirmorum vitæ periclitantium præsidium. Cum igitur non
tantum semel, sed sæpe quis infirmari possit cum periculo vi-
tæ, deuit, vt toties hoc præsidium applicaretur. Quòd satis
indicat Concilium asserens, solum Baptismum, Confirmatio-
nem, & Ordinem imperire characterem, tacitè indicans, re-
liqua Sacramenta repeti posse.

PUNCTVM VII.

De Ministro Vnctionis.

1. Nullus alius à Sacerdote est minister.
2. Sacerdos tamen, esto degradatus, verum Sacramentum con-
ficiet.
3. Vt licitè Sacerdos ministrat, iurisdictionem habere debet.
4. Ex ratiobatione de futuro hoc Sacramentū ministrari potest.
5. Si Parochus nolit ministrare, nec dare alteri licentiam, qui-
libet Sacerdos potest ex præsumpta Episcopi, vel Pontificis
facultate sacramentum conficere.
6. Vnus tantum Sacerdos requiritur, nec debent esse plures.
7. Necessitate urgente, plures adhiberi possunt.
8. Quilibet ex dictis Sacerdotibus necessario vnctionem simul
cum forma prestare debet, neque potest vnus vnctionem,
& alter formam conficere.

1. Sacerdotem, & neminem alium extremae Vnctionis Mi-
nistrum esse docuit Florentinum Concilium in illo de-
creto de Armenis, & Trident. sess. 14. c. 3. & can. 4. & colligitur
apertè ex illo Iacobi 5. Inducat Presbyteros. Nominè enim Pres-
byteri in nouo Testamento solos Sacerdotes intelligi probat
Paulus 1. ad Timoth. 4. Cum impositione manuum Presbyte-
ri, & Innocent. 1. epist. ad Decentium. Anaclet. epist. 2. decretal.
Cyrill. lib. 2. in Leuitic. Chrysostr. lib. 3. de sacerdotio. c. 6. Ratio
est voluntas Christi. Congruentia desumi debet ex eo, quòd
hoc sacramentum institutum sit ad sanctificandos fideles,
cuius officium ad Sacerdotes pertinet; & ex eo, quòd dignita-
ti huius sacramenti conueniebat, ne per alios, quam per Mi-
nistros consecratos concederetur, præcipue cum in hoc sacra-
mento non adit ea necessitas, quæ in Baptismo, ob quam Ba-
ptismus à quolibet ministrari permittitur. Hinc fit, ministra-
tum hoc sacramentum ab alio, quam à Sacerdote, nullius effe-
ctus esse: quia ad essentiam sacramenti necessario concurrere
debet causa efficiens, quæ est minister à Christo institutus.
Neque obstat Innocent. 1. in dicta epist. ad Decentium, asse-
rens, non solum Presbyteris, sed omnibus etiam Christianis
licitum esse, vt oleo sacro in sua, & suorum necessitate vngen-
do: quia non de vnctione sacramentali, sed de vnctione pie, &
deuota intelligendum asserunt Alphons. de Castro lib. de hu-
res. verbo, Extrema Vnctio, & Sotus in 4. distict. 23. quest.
art. 1. teste Valentia 1. a. disp. 81. q. 2. p. 1. Quòd si de vnctione sa-
cramentali Innocentius loquatur, vt manifestè colligi videtur
ex contextu, præcipue cum in fine concludat, hanc vnctio-
nem genus esse sacramenti, dicendum cum eo Iansenio in c. 8.
Marci, & ibi Maldonato, Bellarmin. lib. 1. de hoc Sacramento. c.
9. Suar. disp. 43. sect. 1. in fine. Agid. de Coninch. disp. 19. dub. 8.
n. 27. Innocentium locutum esse, non de vltimo actio huius sa-
cramenti, seu de illius ministracione: sed de vltimo passivo, hoc
est, de illius susceptione, quam asserit, cuiuslibet Christiano in
sua, & suorum necessitate licere, vocando, scilicet, Presbyte-
ros, qui se, & suos in necessitate vngant.

2. At eo ipso, quo quis sacerdos est constitutus, licet degrada-
tus, vel excommunicatus existat, validè hoc sacramentum con-
ficere potest, quia retinet sacerdotij qualitatem, quæ sola re-
quisita est in Ministro ad sacramentum hoc valide conficien-
dum, vt apertè colligitur ex Iacobo, & ex Florentino, & Tri-
dentino. Neque hoc sacramentum, sicuti Pœnitentiæ, administratur
per modum iudicij, & sententiæ, vt iurisdictione exposita sit
in Ministro ad illius valores sed administratur, tū vnctione, tū
deprecatione, quæ actio non essentialiter exigunt iurisdic-
tionem. Ergo quilibet simplex sacerdos valide hoc sacra-
mentum ministrare potest. Atque ita docuit Suar. tom. 4. in 3. part.
disp. 43. sect. 1. n. 4. Bonac. disp. 7. de Sacram. q. vn. p. 4. n. 3.

3. Verum, esto, valide quilibet sacerdos hoc sacramentum
ministrare possit, illicite tamen ministraret, nisi iurisdictionem
habeat in infirmo ab Ecclesia non impeditam: ac proinde
nisi Parochus sit, vel à Parocho potestatem habeat. Quia præ-
tere fideles spiritali sacramentorum cibo munus est Pato-
ris, vt rectè notatur Valent. disp. 8. quest. 2. p. 1. Coninch. disp.
19. dub. 8. n. 28. Layman. tract. 8. c. 6. n. 1. Bonac. disp. 7. quest.
unic. p. 4. n. 5. & colligitur apertè ex Clem. 1. de priuilegiis. vbi
Religiosi exempti, qui hoc sacramentum abque Parochi li-
centia administrare præsumunt, ligantur excommunicatione
Pontifici referuata; quam tamen non contrahunt alij Clerici
seculares.

4. Ab hac illicita ministracione excusantur, tum Religiosi,

tum alij Clerici faculares, si ex rati habitatione de futuro probabilitate presumpta administrent, vti docuerunt in presentia Valent. d. disp. 8. q. 2. pun. 1. Emm. Sa verb. Extrema Vnctio, n. 8. quia actiones, quae non vt valide, sed, vt licite fiant, consensum alterius expostulant, si hic probabiliter praesumatur, licite sunt iure sic disponente.

5. At si contingat casus, quo infirmus Vnctione indigeat; Parochus vero, vel non possit, vel nolit ministrare, nec alteri Sacerdoti facultatem concedere; communicet Doctores docent, teste Valent. disp. 8. q. 2. p. 1. Coninch. disp. 19. dub. 9. Layman. lib. 5. tract. 8. cap. 5. numer. 2. Suar. disp. 44. sect. 2. n. 3. Henric. lib. 3. cap. 13. n. 4. Bonac. disp. 7. de Vnctione quest. vnic. p. 4. n. 6. quemlibet Sacerdotem non excommunicatum, nec suspensum posse, & debere Vnctionem ministrare; quia eo casu ex licentia Episcopi, vel Summi Pontificis ministrat, qui censuram Parochi defectum supplet. Non enim praesumendum est, velle Ecclesiam, ob iniquitatem Parochi, priuare infirmum eo salutari praesidio, forte ad aeternam salutem necessario.

6. Dixi, solum sacerdotem esse Ministrum huius sacramenti: sed an vnus, vel plures, nonnulla est difficultas ob Iacobum dicitur: *Infirmatur quis in vobis: inducat Presbyteros.* Si enim vnus tantum Presbyter, inducendus esset ab infirmo, non assereret Iacobus, Presbyteros inducendos. Ceterum dicendum est, vnicum Sacerdotem sufficere, vt probat praxis, & vtius Ecclesiarum & Tridentin. & Trident. assentientia, Ministrum huius sacramenti esse Sacerdotem. Neque repugnat Iacobus, tametsi dixerit: *Inducat Presbyteros.* Sumit enim plurale pro singulari, vt est frequens in sacro elogio, iuxta illud Math. 27. *Et Larone improperabant ei cum tamen, vt constat ex Luca 23. vnus tantum improperabat.*

7. Quinimo extra necessitatem illiciti plures ministri adhiberentur, cum iuxta usum, & praxim Ecclesiae omnes vnctiones ab eodem ministro, si fieri potest, peraguntur. At, stante necessitate non solum valide, sed licite a plerisque ministris confici hoc sacramentum potest. Necessitas autem potest intrinsece vel ex parte Ministri, si inter vngendum deficiat, vel ex parte infirmi, si timeatur decessurus, antequam omnes vnctiones ab eodem Ministro perficiantur. His enim casibus asserunt Suar. disp. 43. sect. 2. a. n. 4. Coninch. disp. 19. dub. 9. in fine. Layman. lib. 5. tract. 8. c. 5. a. n. 3. Bonac. aliis relictis, disp. 7. de vnic. q. vnic. p. 4. n. 8. c. 9. posse, & debere plures sacerdotes concurrere ad conficiendum vnctionem. Et quidem si necessitas viget ex parte infirmi adhiberi possunt plures Sacerdotes, quorum singuli suas vnctiones sub suis formis peragant. Si vero ex parte Ministri contigit necessitas, alius sacerdos perficere debet vnctiones, quas sacerdos deficiens omisit. Nam clero, quemlibet vnctio sub sua forma sacramentum essentialiter non constituit, sicuti constituit panis consecratio non consecratur: at habet suam perfectam significationem per se ordinatam ad conficiendum cum aliis vnctionibus vnicum sacramentum, id eoque ab vnico sacerdote complecti facta repetenda non est, sed ea supposita alia sunt peragenda.

8. Illud vero est omnino certum, vti tradunt Suar. Coninch. Layman. Bonac. & alij supra, nullatenus posse a diuersis Sacerdotibus, quorum vnus vnctionem, alter formam proferat, sacramentum hoc perficere, sed necessarium debere eundem sacerdotem vngere, & formam proferre, vt satis indicauit Iacobus cum dicit: *Inducat Presbyteros qui orant super eum vngentes eum, &c.* Illi enim Presbyteri, qui super infirmum, orare debent, hoc est, formam huius sacramenti proferre, simul vngere debent. Non enim orare debent, nisi vngentes, neque vngere, nisi orantes. Praeterquam quod verba forma, *Per hanc sanctam Vnctionem*, cum practica sint, nullo modo significant vnctionem ab alio factam, sed factam ab eo, qui formam proferat.

PUNCTVM VIII.

De obligatione, tum fidelium suscipiendi hoc Sacramentum, tum Parochi illud ministrandi: & de ritibus obseruandis in illius administratione.

- 1. Non est praecipuum de suscipiendi hoc Sacramentum.
- 2. Si absque causa iusta illius susceptio omittatur, peccatum est veniale.
- 3. Ex accidenti peccatum esse potest mortale illius omisso.
- 4. Quae sit obligatio Parochi ministrandi hoc Sacramentum.
- 5. Qualiter tempore pestis tenetur Parochus.
- 6. Qualiter alij Sacerdotes.
- 7. Quam dispositionem habere debeat Sacerdos, vt ritè ministrat: & suscipiens vt ritè suscipiat.
- 8. Qualiter Sacerdos debeat esse a censura liber, vt ritè hoc Sacramentum ministrat.
- 9. Praesente Parocho excommunicato non tolerato, simplex Ferd. de Castro, Sum. Moral. Pars IV.

- sacerdos administrare debet, secus si toleratus sit.
- 10. Suscipiens ab omni censura debet esse liber.
- 11. De ritibus obseruandis. Et primò, quibus vestibus sacris indutus ministrare sacerdos debet.
- 12. Adhibendus est minister.
- 13. De orationibus, & exhortationibus praemittendis.
- 14. Recitandi sunt Psalmi ab adstantibus.
- 15. Qualiter vnctiones peragenda sunt.
- 16. Illis peractis sunt partes abstergenda.
- 17. Parata ministratio quid faciat Sacerdos.
- 18. An hoc sacramentum ante Viaticum, vel sumpto Viatico debeat ministrari.

1. Nullum esse praecipuum impositum fidelibus recipiendi hoc sacramentum, communis sententia docet cum D. Thom. in 4. dist. 13. artic. 1. quest. 3. Paludan quest. 3. Soto quest. 1. artic. 1. Nauar. cap. 22. numer. 16. Couarr. cap. Alma 2. part. 8. 2. numer. 6. Suarez disput. 44. sect. 1. numer. 1. Coninch. disput. 19. dub. 10. Layman. tract. 8. cap. 7. Bonacia disput. 7. quest. vnica. part. 5. numer. 1. Emmanuele Sa verbo, Extrema Vnctio, numer. 5. & aliis. Etenim hoc sacramentum non est institutum, vt medium necessarium ad peccatorum remissionem; Baptismo namque, & poenitentia remittuntur peccata: neque item est medium vnicum, quo infirmus infidias, & tentationes inimici superare debeat: cum id mediis orationibus, & sacrificio obtinere possit: ergo ex vi institutionis huius sacramenti non obligantur fideles ad illud suscipiendum. Praecipuum autem diuinum de hac susceptione nullum est: nam Iacobus hoc sacramentum promulgans nullum verbum protulit obligationem apertam inducens: illa enim verba *Infirmatur quis in vobis: inducat Presbyteros* satis conuenienter de consilio intelligi possunt. Ex Pontificibus vero, & Conciliis nullatenus haec obligatio colligitur. Nam esto Concilium Colonien. part. 7. cap. 50. dixerit: *Est autem vnctio impendenda cum expositione vnctionis, & mandati apostolici, quod sic habet: Infirmatur quis in vobis.* nomen, mandatum, late sumendum est, prout ordinationem superioris, & illius voluntatis expressionem significat, vel referendum est ad mandatum de rieu, & forma, sub qua hoc sacramentum ministrandum est, non ad vnum illius. Trident. verò sess. 14. cap. 3. c. 10, dixerit, non posse a fidelibus sine peccato contemni, quod vetillimum est, non inde fideles arctantur per se illud sacramentum recipere: siquidem absque vilo contemptu omittere possunt, sicuti omittunt alia media ad salutem maxime vtilia. Ex consuetudine autem, quae communiter viget apud omnes fideles, suscipiendi hoc sacramentum, non potest obligatio stricta colligi: quia illud non vt necessarium, sed vt maxime vtile recipiunt. Denique, si susceptio huius sacramenti in praecipuo esset mortalis, sicuti est susceptio Poenitentiae, & Eucharistiae, tempore interdicti permitteretur, vti permittuntur Poenitentia, & Eucharistia, contra textum in cap. *Quod in re de poeniten. & remiss.*

2. Verum esto, fideles per se nullo praecipuo teneantur ad huius sacramenti suscepcionem; non est dubium, saltem peccati venialis reos esse, si absque vlla iusta causa (quae raro contingit) illius suscepcionem omittant, vt docuit Coninch. disp. 19. dub. 10. n. 30. Layman. lib. 5. sum. tract. 8. in c. 7. in princ. & supponit Suarez disp. 44. sect. 1. n. 4. quia contra rationem est, tam salutiferum salutis remedium in occasione ita urgenti, & periculosa negligere. Sed, quia aliis remediis, licet non aequè bene, iuuari possunt; ea de causa non est mortalis illius omisso, tamen si contrarium sentiat Petr. de Soto lect. 2. de extrema Vnctione.

3. Ex accidenti autem certum est peccare posse mortaliter infirmum, hoc Sacramentum omittentem. Primò, si omittat ex contempta, qui vix esse potest absque haeresi. Non enim contemnere censetur, qui ex negligentia, & acedia omittit; vel qui omittit, quia non reputat sibi necessarium, vt bene Emm. Sa verb. Extrema Vnctio, n. 5. Suar. disp. 44. sect. 1. n. 6. sed, qui omittit, nihil hoc Sacramentum aestimans, quod, vt dixi, sine errore in fide consistere vix potest.

Secundò, est peccatum mortale, si ex illius omissione scandalum generetur, vti docent ex communi sententia, Emm. Sa, Suar. loc. alleg. Coninch. disp. 19. dub. 10. n. 30. Laym. c. 7. m. 2. Bon. disp. 7. q. vn. pun. 5. n. 10. Hoc autem scandalum regulariter censetur datum, vt bene advertunt Coninch. & Laym. supra, si rogatus infirmus, an velit sibi Vnctionem deferri, nulla adhibita causa respuat absolute. Secus, si asserat paratus commodiori tempore suscipitur. Scandalum verò, quod ex hac omissione timeri probabiliter debet, vt ratione illius peccatum sit mortale, est, si inde alij occasionem sumant sacramenta salutis parui pendendi, de infirmi spirituali, & aeterna salute male sentienti, & familia, &c. Tertio, mortale erit peccatum, si cõscius peccati mortalis nulli aliud sacramentum recipere potest: quod certe vix contingit, si ipse ratione vtatur, cum sacerdos, qui ministraturus est Vnctionem, & Poenitentiae sacramentum ministrare possit, & debeat. Sed dato, quod Sacerdos nolit, vel non possit Poenitentiae Sacramentum ministrare: adhuc non est ita certa obligatio in-

firmi suscipiendi hoc Sacramentum : etenim cum ad huius Sacramenti susceptionem, necessarium suscipiens se debeat contritum reputare , eo ipso condemnationis morale periculum vitari non potest, sed sub opinione positum, Vnctionem attrito gratiam conferre. Ceterum quia communiter Doctores docent, Vnctionem efficacem esse ad conferendam gratiam ei, qui bona fide existimat, contritum esse , cum tamen solum attritus existat , & plerumque quis decipiatur, putans esse contritum, cum tamen non sit, & damnum , quod inde imminet , sit irreparabile ; verius censet, lege charitatis obligatum esse eo casu Vnctionem suscipere, ut media illa securam viam salutis reddat, quoad fieri possit: quippe quilibet Christianus videtur obligatus, saltem media ordinaria pro securitate suae aeternae salutis adhibere.

4. Quoad obligationem Parochi ministrandi hoc Sacramentum, dicendum est, obligatum esse ratione muneris, hoc Sacramentum infirmo ministrare, peccareque mortaliter, si ita differat, ut periculo infirmum exponat absque Vnctione decedendi. Nam est, hoc Sacramentum necessitatis non sit, est tamen summa utilitatis : Parochus autem non solum remedia necessaria ; sed valde utilis a Christo instituta , & ab Ecclesia vitata prouidere subditis debet, & maxime rogatus , ut bene notauit Suarez *disp. 44. sect. 2. num. 1. Coninch. disp. 19. dub. 10. concl. 2. num. 31. Layman. tract. 8. de Vnctione cap. 7. n. 3. Bonac. disp. 7. quaest. unic. p. 5. n. 12.*

5. An autem tempore pestis teneatur Parochus hoc Sacramentum suis subditis ministrare , sicuti diximus teneri Penitentiam, & Eucharistiam ; non est constans sententia. Certum existimo, obligatum esse, si periculum contagionis vitare possit, obligando infirmum, ut in loco puro , & patenti collocetur , tum fumendo antidota , & praeratiua; tum vngendo infirmum virgula aliqua oblonga ; tum ministrando ea tantum, quae essentialia sunt : quia, scilicet periculo contagionis, nulla adest causa, quae Parochum exculat. possit ad huius Sacramenti administrationem, cum ad id ex officio teneatur, & sub ea conditione a subditis alicui, eius obedientiam, & reuerentiam praestant. Verum si teneatur omnibus, periculum morale contagionis vitari non potest, quod difficile est, censet probabilis cum Suarez *disp. 44. de Vnctione, sect. 3. in fine. n. 20.* obligatum Parochum non esse : quia eo Sacramento absolute infirmus non indiget: quod maxime procedit, si inde alij priuarentur Penitentiae, vel Eucharistiae administratione : quippe deficiente eo Parocho, non facile inuenietur , qui illius vices suppleat.

6. Si vero de aliis Sacerdotibus loquamur , & absit proprius Parochus, vel nolit hoc Sacramentum ministrare, distinguendum est. Si infirmus nullum aliud Sacramentum suscepit neque illi ministrati potest , tenetur sub graui culpa ei Vnctionem concedere : quia lege charitatis obligatur quilibet subuenire proximo grauius indigenti, cum commodè potest. At infirmus eo casu praesumi debet grauius indigere Vnctione : forte enim ex illius ministratioe aeterna salus infirmi pender. Verum, si alia Sacramenta suscepit , non videtur sub mortali culpa obligari Vnctionem ministrare: quia moraliter praesumi non potest infirmus ea grauius indigere. At a culpa veniali graui nequaquam exculari possunt, cum priuent proximum, absque rationabili causa, remedio ita vitati, & ad salutem conuenienti. Sic docuit expresse Paludan. *in 4. disp. 13. quaest. 1. art. 2. concl. 2. Coninch. disp. 19. dub. 10. in fine concl. 3. Laym. lib. 5. sum. tract. 8. c. 7. in fine. n. 3.*

7. Quod si roges, quam dispositionem habere debeat , tum Sacerdos, ut hoc Sacramentum conuenienter ministret ; tum infirmus, ut illud rite suscipiat : Breuiter respondeo ex dictis *tract. de Sacrament. in genere, utrunque in gratia existere debere Sacerdos namque , quia est consecratus Minister ad huius Sacramenti collationem, ideoque si grauatam mortali se sentiat, contreri debet, priusquam Sacramentum ministret. Neque excusari potest, ut inquit Suarez *disp. 44. sect. 2. n. 5.* ob infirmi necessitatem , cum breuissimo tempore diuina gratia adiutus habere contritionem possit. Suscipiens vero etiam se reputare debet in gratia existere: quia hoc Sacramentum non mortuum, sed viuorum est : si tamen aliquando contingat in peccato existere, & bona fide Sacramentum suscipiat , illius remissionem obtinebit; quia ad hunc effectum est per se institutum, iuxta illud Iacobi: *Et si in peccatis sit, remittentur ei.**

8. Deinde sacerdos liber debet esse ab excommunicatione, aliave censura, ut pote quae priuat Sacramentorum administrationem; si tamen ea excommunicatio denunciata non sit, administrare Sacramentum poterit rogatus, licetque infirmus eam ab illo ministratioem rogare poterit. At, si sacerdos excommunicatus denunciatus sit, vel manifestus Clerici percussor, eredit Suarez *disp. 44. sect. 2. num. 5.* nequaquam posse hoc Sacramentum ministrare, tamen infirmus eo eam causam sine Vnctione discedat : quia non est Sacramentum praesae necessitatis, sed solum utilitatis, quam Ecclesia omittebat iudicat ob rigorem excommunicationis seruandum , sicuti ob seruandum populi interdictum, nec dare, nec suscipere hoc Sa-

cramentum eo tempore permittit. Ob suspensionem autem credit idem Suarez *num. 6.* Sacerdotem impeditum non esse, quin possit Vnctionem ministrare, quia non vlti Ordinis, sed iurisdictionis priuat. Sed veris existimo, suspensionem , & excommunicationem posse hoc Sacramentum infirmo ministrare, si nullus alius adfit , qui velit, vel possit: quia ea obligatio cedit in graue detrimentum infirmi, & forte in illius aeternam damnationem. Non igitur est credendum de benignitate Ecclesiae velle eo tempore obseruari. Praeterea, suspensio ab officio aequae priuat Ordinis vsu, sicuti excommunicatio : sed non obstantia ea priuatione, suspensio permittit Suar. huius Sacramenti ministratioem. Ergo etiam permittit debet excommunicatio. Neque est simile de interdicto populi, in cuius obseruatione bonum commune spectatur, & singulari simpliciter, non necessarium praefertur.

9. Illud vero repura certum, praesente Parocho excommunicato denunciato, si adfit alius sacerdos, etiam simplex, non impeditus, posse, & debere Vnctionem ministrare : praesertim enim debet simplex sacerdos, qui iurisdictione positus priuat non est. Administrat vero Sacramentum, non tam ex facultate, & licentia Parochi excommunicati denunciati; sed ex facultate Episcopi, vel Summi Pontificis, quae praesumitur eo casu concessa, ne infirmus sine Vnctione decedat, neque positus priuat iurisdictione, & Ordinis vsu, Sacramenti administrationi se ingerat. Atque ita docuit Suarez *disp. 44. sect. 2. num. 6. 10.* Suscipiens autem hoc Sacramentum, ab omni excommunicatione, & interdicto liber esse debet. Quapropter, si aliqua ex his censuris ligatus creditur, absolucendus primo est, antequam hoc Sacramentum ei conferatur, ut bene notauit Emm. *Sa verb. Extrema Vnctio. num. 1.*

11. Denique, quod ad ritus , & caeremonias attinet, seruandi sunt ab Ecclesia praescripti, quoad fieri possit, neque abique graui necessitate omitrendi. Videtur Rituale Romanum de ordine ministrandi hoc Sacramentum. Ex caeremoniis igitur haec sunt praecipua. Prima est, ut Sacerdos ministraturus hoc Sacramentum, accedat superpelliceo, & stola indutus; & absque his vestibus sacris peccatum esset mortale, si Sacramentum ministraret ; tamen infirmus absque Vnctione decederet: quia reuerentia Sacramenti cuiuslibet priuatae utilitati praerferenda est, ut tradunt, tanquam certum, Suarez *disp. 44. sect. 2. in fine.* Naldus *verb. Extrema Vnctio. n. 1. Bonac. disp. 7. q. vn. p. vlt. in fine.*

12. Secundo, addere debet Sacerdos Clericum, vel saltem, vnum, qui ei ministret. Quod si id commodè fieri non potest, non erit peccatum absque illo Vnctionem ministrare, sicuti docuit Tolet. *de extrema Vnctione c. 2.* Emm. *Sa n. 9.* Bartholom. ab Angelo *diat. 3. §. 153.* Bon. *disp. 7. de Vnctione. q. vn. p. vlt. n. 6.* Laym. *lib. 5. tr. 8. cap. 8. n. 2.* & colligitur aperte ex cap. *de verb. significat. & ibi Glossa.*

13. Tertio, tenetur sacerdos, dum pertinet ad locum vbi iacet infirmus, dicere: *Pax huic domui, & omnibus habitantibus in ea.* Deinde infirmo Crucem pie osculandum porrigere, cubiculum, & circumstantes, in modum Crucis, aqua benedicta aspergere. Quod si aegrotus velit confiteri, tenetur illum audire. Praeterea pijs verbis debet infirmum consolari, & de huius Sacramenti vi, ac efficacia si tempus ferat, breuiter admonere, & quantum opus sit, eius animum confirmare, & in spem erigere vitae aeternae. Mox subiungat orationes, quae in Rituali praescribuntur, quarum omissionem debet necessitate non esse dubium, peccatum mortale esse, ut notauit Bon. *disp. 7. q. vn. p. vlt. n. 7.* At si necessitas urgeat, tum ex parte infirmi, quia est nimis morti propinquus, vel ex parte ministri, cui adest periculum interfectionis, si detineatur; poterit supradicta omnia omitte, ut ex communi sententia testatur Zambr. *de extrema Vnctione, in princ. n. 10.* Laym. *lib. 5. tr. 8. c. 8. n. 1.* Suarez *disp. 44. sect. 2. in fine.* Bonac. *loc. alleg.* & notatur in Rituali Romano reformato.

14. Quarto, debent astantes, dum infirmus a sacerdote vngitur, Psalmos penitentiales, & Litanias recitare : quorum omissionem etiam absque necessitate, non reputarem peccatum mortale : quia plerumque absque scrupulo omituntur, sicuti notauit Bonac. *disp. 7. q. vn. p. vlt. n. 7.*

15. Quinto, praetere debet Vnctionis pollice dextero intincto in oleo sancto, & vngere infirmum sub praescripta forma verborum. Quod si infirmus pestis, aliaue contagiosa infirmitate laboret, poterit sacerdos virgula argentea, vel alia simili Vnctionem praestare, ut docuit Chapeauilla *de Vnctione, c. 5. quaest. 39.* Suarez *disp. 44. sect. 3. in fine. n. 20.* Laym. *lib. 5. sum. tr. 8. c. 8. n. 1.* In his tamen Vnctionibus seruandus est ordo praescriptus, ut prius in oculis, deinde ad aures, &c. Vnctio fiat, neque absque fiat graui peccato credere, posse hunc ordinem inerti vngere tamen vtrunque oculum aures, manus, & pedes, tamen ad conscientiam Sacramenti non pertineat, ideoque virgente necessitate possit sacerdos vnus partis Vnctione contentus esse: attamen per se graue esse peccatum, si seclusa ea necessitate vnus tantum oculum, vel auris inungeretur. Zambram. *de extrema Vnct. in princ. n. 9.* Emm. *Sa n. 12.* Suarez *disp. 40. sect. 1. n. 5.* Laym. *lib. 5. sum. tr. 8. c. 8. n. 2.* Monet tamen Rituale Romanum reformatum, Sacerdotibus non esse vngendas manus interius, sed exterius; idque notauit *Sa verbo, Extrema Vnctio, in fine adit. Rom. Praeterea*

Præterea aduertit Rituale, vñctionem ad lumbos in feminis ob decentiam debere omitti: in viris verò, si ob infirmitatem vix, aut sine periculo moueri non possunt. Illud verò est certum, opus non esse infirmum in lecto decumbere, sed quocunque loco existat, si in periculo mortis versatur, vngi posse, sicut docent Suar. *disp. 44. sect. 2. in fine.*

16. Sexto, peracta qualibet vñctione, Minister, si est in facris, sin minus Sacerdos tergere debet loca iniuncta stupa, aliaue simili re, & in vase mundo depositam stupam, & ad Ecclesiam delatam postmodum comburere, cinerisque proicere in sacrarium, vti habetur in Rituali, & docuit Sà n. 14. Laym. *cap. 8. n. 3.*

17. Quibus peractis, Sacerdos, antequàm discedat, debet aliquas orationes in Rituali præscriptas recitare, & salutaria monita pro personæ qualitate infirmo præbere.

18. Ad extremum dubitare quis potest, an hoc Sacramentum ante, vel post sumptum Viaticum ministrandum sit? Et quidem consuetudo satis recepta viger, quòd prius Viaticum ministraretur, quàm vñctio. Ob quam causam Catechismus Romanus 2. part. cap. 6. num. 12. inquit: *Seruanda est Ecclesia catholica perpetua consuetudo, vt ante extremam Vñctionem Penitentia, & Eucharistia Sacramentum administraretur.* Neque fortans eos, qui in via Domini procedunt, ideòque expedit, prius ministrari, quàm Sacramentum pro excentibus ex hac vita institutum, Et forè ob hanc causam grauis vitæ periculum exposcatur ad concedendam Vñctionem, quàm ad concedendum Viaticum.

Verùm, vt rectè notat Suarez *disputat. 44. sect. 1. num. 8.* hæc consuetudo, tanquàm rationabilis, & maximè expediens introducta est, non tanquàm sub graui culpa obligatoria, quia neque Penitentia, neque Eucharistia sunt per se dispositiones ad Vñctionem, & sæpè conuenit, vñctionem ante Viaticum ministrari: quia Viaticum sumi non potest, quia non adest Hostia consecrata, vel infirmus incapax est illud recipiendi. Quinimò tempore antiquo Viaticum post Vñctionem concedebatur, vt tradit textus in cap. *Ab infirmis. 26. qu. 7. ibi: Infirmos post confessionem sacra Vñctione iniunctos Communionem Viatici esse reficiendos.* & S. Bernard. in *vita Malachie*, eius mortem describens, ibi: *Vngitur, & sumptio Viatico Fratrum se orationibus, & Fratres commendans Deo, ad lectam reuertitur.* & pluribus aliis exornat Suarez *dicta disput. 44. sect. 1. nu. 8.* Congruentia autem consuetudinis fuit, vt significaretur, Eucharistiam finem esse, & perfectionem reliquorum Sacramentorum, ad eamque accedere debere infirmum plene, & perfectè purgatum, tum Penitentia, tum Vñctione, quæ Penitentia consummatio est. Illud verò est certum, si post sumptam Vñctionem infirmus aliquo tempore viuat, posse, & debere, si petat, et Viaticum ministrari, tamen si ante Vñctionem receperit, sicuti bene aduertit Suar. *d. sect. 1. nu. 8. in fine.* Laym. *tract. 8. cap. 3. in fine.* & forè, vt inquit Suarez, textus in dicto cap. *Ab infirmis.* & D. Bernard. Aliique Patres, quos ipse refert, de hoc repetito Viatico intelligendi sunt: neque enim censendi sunt negare, ante Vñctionem fuisse infirmis Viaticum ministratum.

